CONSTITUTIONES
ET
DECRETA APOSTOLICA

A Regularibus in publica Menſa, ſive aliàs in Capitulo, ad hoc ſpecialiter convocato, ſingulis annis, ac ſtatutis temporibus legenda,

Noviſſimè in meliorem formam ac ordinem diſpoſita, atque coordinata.

Accedit in fine Appendix continens varia alia Decreta, & Conſtitutiones, quas, licèt Regulares in publico legere non teneantur, ipſis tamen ſcitu neceſſaria ſunt.

ROMÆ, MDCCXX.

Ex Typographia Rev: Cameræ Apoſtolicæ.

Deinde POSNANIÆ 1759.

Ex Typographia Clari Collegii Soc: JESU

REIMPRIMATUR

Si videbitur Reverendissimo P. Sacri Apostolici Palatii Mag.

T. Cervinus Episcopus Heraclea Vicesgerens.

REIMPRIMATUR

Fr. Gregorius Sellari Ordinis Prædicatorum, Sac: Apost: Palatii Magister.

XXVIII.

Conſtitutio de largitione munerum utriuſque ſexus Regularibus interdicta, Edita A. D. 1594.

Legenda ſingulis annis menſe Januarii.

CLEMENS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Ad futuram rei memoriam.

REligioſæ Congregationes, ab inſigni ſanctitate viris Spiritûs Sancti afflatu inſtitutæ, tantas Eccleſiæ DEI utilitates omni tempore attulerunt, ut ad eas conſervandas, & inſtaurandas Romani Pontificês Prædeceſſores noſtri magnam jure optimo diligentiam ſemper adhibuerint: Nam cùm ea ſit rerum humanarum conditio, & natura, ut etiam, quæ optimè fundata, & conſtituta ſunt partim hominum imbecillitate, & ad malum proclivitate, partim Dæmonis aſtutiâ, paulatim Exordium.

 defi-

deficiant, ac nisi curâ pervigilî sustententur, in deterius prolabantur; Idcircò Summorum Pontificum vigilantia, magnoperè laboravit, ut Regularium Ordinum disciplina, aut labefactata in pristinum restitueretur, aut salutaribus Constitutionibus communita, integra, atque incolumis permaneret. Quorum nos vestigiis pro eodem Officii munere insistere, & Pastoralem illorum sollicitudinem (quantùm possumus) Divina adjutrice gratia, cupimus imitari.

Munerum largitio Regularibus prohibetur.

§. I. Quare nè ex muneribus quæ à pluribus religiosæ vitæ professoribus, ex Christi patrimonio, quibusvis hominibus quavis ex causa sæpè tribuuntur, gravia incommoda, & mala, etiam boni specie existant, præcavere studentes, hac nostra perpetuò valitura Constitutione universis, & singulis cujuscumque Ordinis Mendicantium, vel non Mendicantium, bona immobilia, & redditus certos ex indulto Apostolico possidentium, vel non possidentium, seu cujusvis Congregationis, Societatis, & Instituti

tuti

tuti (non tamen Militiæ) Regularibus personis utriuslibet sexûs omnem & quamcumque largitionem & missionem munerum penitùs interdicimus.

§. II. Sub qua prohibitione comprehendi volumus omnia, & singula Capitula, Conventus, & Congregationes, tàm singulorum Conventualium, Monasteriorum, Prioratuum, Præposituraruni, Præceptoriarum, domorum, & locorum, quàm Provincialia, aut Generalia cujuslibet Provinciæ, sive universi Ordinis, Societatis, aut Instituti: eorúmque, vel earum Camerarios, Commissarios, & quoscumque Officiales, & singulares personas: Ipsos etiam Ordinum, Congregationum, & Societatum hujusmodi Superiores quascumque dignitates obtinentes, etiam Generales, & Provinciales, Magistros, Ministros, & quocumque nomine Præfectos, nec non Conventuum, Monasteriorum, Prioratuum, Præposituraruin, Præceptoriarum, domorum, & locorum quorumcumque Abbates, Priores,

Qui sint Regulares declarantur.

Præpositos, *Præceptores*, etiam Majores, Gvardianos, Ministros, Rectores, atque Abbatissas, Priorissas, & alio quovis titulo Præsidentes, tàm ipsis Regularibus, quàm Locorum Ordinariis, seù quibusvis Superioribus subjectas utriuslibet sexûs ad vitam, vel ad tempus deputatos: adeò ut nemo unquam eorum, vel earum directè, vel indirectè palam, vel occultè, tam communi, quàm particulari, & proprio nomine, etiam sub quovis statuti, vel consvetudinis, seu veriùs corruptelæ, aut alio prætextu, vel quacunque causa, nisi in generali Capitulo, aut alia generali Congregatione, re maturè discussa, unanimi consensu omnium, Superiorúmque permissu causa approbata fuerit, quidquam tale attentare valeat.

Et quid prohibitum.

§. III. Id autem ità absolutè, & generatim vetitum intelligatur, ut neque omninò fas sit quidquam donare, tàm ex fructibus, redditibus, & proventibus, collectis, vel contributionibus, aut oblationibus, sive eleemosinis, aut subsidiis certis, vel incertis,

ordi-

ordinariis, seu extraordinariis, mensæ, seù massæ communis, vel cujusvis Fabricæ, & Sacristiæ, quorum bona communiter, ùt præfertur, administrantur, seu quæ rationibus reddendis sunt obnoxia, quàm ex pecuniis etiam, quæ à singulis quovis modo acquisitæ in commune conferendæ omninò sunt. Nec si per viam voluntáriæ contributionis in commune congerantur. Nec si forsan privatim, & nominatim cuilibet Religioso à suis Superioribus, vel à propriis affinibus, propinquis, familiaribus, amicis, aut benevolis, vel à piis Christi fidelibus, etiam eleemosynæ, aut charitatis, & illius propriæ personæ intuitu attributæ, seù quoquo modo per quemlibet Religiosum suo Monasterio, Domui, aut Loco acquisitæ, eique, ut ad libitum de eis disponant per Superiores concessæ fuerint: Præterquam leviora esculenta, aut poculenta, seu ad devotionem, vel Religionem pertinentia munuscula communi tantùm, nunquam verò particulari nomine (ubi Superiori de consensu Conventus videbitur) tradenda.

§. IV. Sed & hujusmodi missiones munerum ipsis Religiosis, utriuslibet se-

Quibus donari non liceat.

xus non solùm per se, verùm etiam per alios, tàm directè, quàm indirectè prohibitas declaramus.

§. V. Neque vero quispiam ab hac generali prohibitione se excusare valeat, etiamsi munera miserit, alicui personæ Laicæ, vel Ecclesiasticæ cujuscunque statûs, gradûs, dignitatis, ordinis, vel conditionis, & quavis non solùm mundana, & Ducali, Regia, Imperiali, verùm etiam Ecclesiastica, & Pontificali, aut alia majori, etiam S.R.E. Cardinalatûs dignitate fulgenti, etiam proprio Loci Ordinario, etiam ex causa, & occasione benedictionis, vel susceptionis habitûs Regularis, Tonsuræ, aut Professionis Monialium, tàm sibi subditarum, quàm non subditarum, aut ipsi etiam proprio Ordinis, vel Congregationis Protectori, Viceprotectori Generali, vel Provinciali, aut cujusvis Monasterii, Prioratûs, Domûs, aut cujuslibet alterius loci Regularis Superiori, aut alio quocunque officio, munere, aut dignitate fulgenti, vel cuicunque etiam simplici, & particulari Religio-

ſo. Ita ut inter ipſos quoque Religioſos (nè prava ambitione impulſi pro conſequendis in ſua Religione gradibus, & dignitatibus alter alterius gratiam, aut benevolentiam aucupetur) quæcunque largitio, aut donatio munerum (niſi rerum minutarum, de licentia expreſſa, & in ſcriptis Superiorum) ſit penitùs interdicta.

Etiamſi in alicujus Benefactoris, aut Protectoris, vel Ordinarii honorem.

§. VI. Inſuper prohibemus, nè unquam eiſdem Regularibus liceat ullas pecunias quoquomodo erogare in alicujus etiam Benefactoris, aut *Protectoris*, vel Ordinarii honorem, etiam occaſione tranſitûs, vel primi ingreſsûs, aut ad beneficiorum acceptorum memoriam, gratique animi teſtificationem, ſeu pro prædictis perſonis quavis auctoritate, vel dignitate fungentibus honorificè, laute, & opiparè excipiendis, ſeu pro quibuſvis conviviis eiſdem, aut cujus alteri quacunque occaſione, vel cauſa exhibendis, vel pro commeſſationibus, aut comparationibus quibuſvis perſonis, tàm ejuſdem Ordinis, Congregationis, Monaſterii, Domûs, aut Loci,

quàm

quàm extraneis largiendis, aut pro exhibendis ſpectaculis, etiam piis intra Eccleſias: Monaſteria, & Domos ſacras, ſeu pias, vel extra eas, in quibuſvis publicis, aut privatis ſacris, aut profanis locis etiam, ubi Sanctorum, & Sanctarum vita, aut res piè geſtæ, etiam in memoriam Paſſionis Dominicæ populo ſpectandæ proponuntur, ut alias in prædictis, ſivè in quibuſvis rebus ſupervacaneis ad pompam, & oſtentationem, aut ad oblectationem, vel paucorum lucrum, & privata commoda quomodolibet pertinentibus.

§. VII. Niſi re ipſa pro Divino cultu, & veris Chriſti pauperum indigentiis, ſervato in hoc charitatis ordine, & habita neceſsitatis ratione de conſilio, & conſenſu Superiorum ſublevandis, aut aliàs in rebus licitis, & per Capitulum Generale, aut Provinciale non prohibitis, vel Taxam ibi forſan præſcriptam non excedentibus ſumptus hujuſmodi fiant.

Hoſpitalitatis, & pietatis opera excipiuntur.

§. VIII. Declarantes tamen per hæc laudabilem, & Apoſtolicâ doctrinâ, ſacrìſque Canonibus com-

men-

mendatam hospitalitatem, præsertim erga pauperes, & peregrinos, nequaquam imminui, aut prohiberi. Quinimò, si qui redditus ad id, vel ex fundatione, vel ex institutis, statutis, aut consvetudinibus aliquorum Monasteriorum, Ordinum, aut Regularium hujusmodi locorum, aut ex testatorum, vel donantium voluntatibus, sive aliàs applicati, aut donati sunt, eos omninò (ùt decet) integrè in usus pios hospitalitatis hujusmodi erogandos esse, & præsertim in Monasteriis, seu locis desertis, & ab laicorum ædibus longiùs remotis, ubi tamen pauperum, & verè egenorum ratio in primis habeatur.

§. IX. Si quos verò ditiores occasione transitûs, sivè alias ex devotionis, aut necessitatis causa eò divertere contigerit, eos sanè deceret Refectorio communi cum Religiosis, mensaque, & ferculis communibus, nequaquam à cæteris distinctis contentos esse. Verùm omninò ipsi Regulares in hospitibus hujusmodi potentioribus excipiendis ità se gerant, ut in eis frugalitas, & paupertas religiosa prorsùs eluceat.

§. X. Pari etiam ratione districtè inhi-

Pontifex interdicit quibuscunque fecularibus munera ut suprà prohibita recipere.

inhibemus, nè quiſpiam ex prædictis Laicus aliàs, quàm ùt ſuperiùs dictum eſt, vel Clericus ſæcularis, vel regularis quocunque honore, præeminentia, nobilitate, aut excellentiâ, etiam S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalatûs dignitate præditus, etiam Protector, Viceprotector, loci Ordinarius, Prælatus Generalis, Provincialis, aut Monaſterii, Domûs, vel loci cujuslibet Superior, eorúmve affines, propinqui, familiares, aut Miniſtri utriuslibet ſexûs, quicquam contra hanc ſuperiùs expreſſam prohibitionem recipiant.

Aliàs ad reſtitutionem ipſo facto vult teneri.

§. XI. Quod ſi, vel ab aliquo particulari Religioſo, vel à Superiore quopiam Generali, Provinciali, aut alio quocunque officio fungente; aut à Conventu, Capitulo, vel Congregatione, ſive ab univerſo Ordine, & Religione quicquam receperint, id quod acceperint ſuum non faciant. Verùm ipſo facto abſque aliqua monitione Judicis, decreto, ſententia, aut declaratione ad illius reſtitutionem omninò in utroque foro teneantur

antur

antur: adeò, ut restitutione ipsa realiter non facta, neque etiam in foro conscientiæ absolvi possint.

§. XII. Hanc autem restitutionem fieri volumus non privatim ei Religioso, qui donavit, sed ei Monasterio, Domui, vel alteri loco de cujus bonis facta est largitio, vel si non de ejus bonis donatum est, in quo idem Religiosus donans professionem emisit, vel si nomine totius Capituli, Conventûs, aut Congregationis, vel universi Ordinis, seu Religionis donatio facta extiterit; pariter communi mensæ, aut massæ, cujus nomine donatum fuerit, accepta munera restituantur; ità ut nec qui donavit, nec Conventus, Capitulum, Congregatio, Ordo, aut Religio, cui restitutio facienda est, illam remittere, & iterùm condonare, aut recipientem ab obligatione restituendi eximere, vel ut in pauperes eroget concedere quoquo modo possit.

Quæ restitutio fieri debeat loco de cujus bonis facta est largitio

§. XIII. Quòdsi quis supradictis Regularibus utriuslibet sexûs cujuscunque gradûs, ordinis, dignitatis,

Regularium contraveni-entium pœnæ.

ac ubilibet locorum existentibus co junctim, cum cæteris, seu divisi nostrarum hujusmodi prohibitionum statutorum, ordinationum, jussio num, decretorum, mandatorum transgressor fuerit, statuimus, ut o mnibus, & singulis per eum obten tis dignitatibus, gradibus, muneribu & officiis eò ipsò privatus, ac ad illa & alia similia, vel dissimilia in futu rum obtinenda inhabilis perpetnò, & incapax, ac perpetuâ infamiâ, & i gnominiâ notatus existat. Et præterea privationem vocis activæ, & passiv absque ullo Superioris decreto, au ministerio, ipsô factô incurrat, necno ultrà hujusmodi pœnas, etiam tan quam contra furti, simoniæ crimi num reum, tam per viam denuncia tionis, accusationis, aut querelæ, quàm etiam ex officio procedi, & in quiri, condignísque suppliciis affic debeat.

§. XIV. Pœnis aliis à jure statutis, ac per alias Constitutiones Apostoli-cas, aut propria cujusvis Ordinis, Congregationis, Monasterii, Domûs,

aut

aut loci, ſtatuta, vel conſvetudines contra perſonas aliquid præmiſſorum committentes forſan decretis, & inflictis, nihilominùs in ſuo robore permanſuris.

§. XV. Quocircà univerſis, & ſingulis modernis, & pro tempore exiſtentibus Locorum Ordinariis, eorúmque Vicariis, & Officialibus, necnon quorumcunque Ordinum, Prioratuum, Monaſteriorum, & Domorum Superioribus, etiam Generalibus, ſeu Provincialibus, cæteriſque, ad quos ſpectat, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs ipſi, & eorum ſinguli, quantùm ad eos pertinet, curent omni ſtudio, diligentia, auctoritate, & vigilantia præſentem Conſtitutionem firmiter, & inviolatè obſervari, & contra inobedientes, vel tranſgreſſores condignis pœnis animadverti. Eoſdem inobedientes, necnon contradictores quoslibet, & rebelles per opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocatô etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxiliô brachii ſecularis. Executorum deputatio, & facultas.

§. XVI.

Contrariorum derogatio. §. XVI. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, dictorumque Monasteriorum Prioratuum, Domorum, Locorum, necnon Ordinum, Congregationum, Collegiorum, Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consvetudinibus, privilegiis quoque indultis, & Literis Apostolicis quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel ad verbum non inserta effectus præsentis nostræ Constitutionis impediri quomodolibet valeat, vel differri, & de quibus quorumcunque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis. Quæ omnia, quatenùs præmissis in aliquo adversentur, prorsùs tollimus, & abrogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumpta quotannis in Capitulis &c. publice legantur. §. XVII. Volumus autem, ut præsentes literæ in valvis Sancti Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Urbe Basilicarum, & in acie Campi Floræ publicentur, affixis inibi earum exemplis, & dimissis. Quodque

que earum exempla, seu illorum, compendia in libris quorumcunque Statutorum prædictorum Monasteriorum, Prioratuum, Collegiorum, Domorum, Ordinum, & Congregationum (quoad Moniales, in vernaculum, & vulgarem cujusque Regionis sermonem versa) & à Loci Ordinario, qui id quàmprimùm fieri curet, subscripta inserantur; & saltem quotannis in Capitulis sive Congregationibus cujusque earum alta, & intelligibili voce legantur.

§. XVIII. Et nihilominùs post sexaginta dies à die publicationis (ùt præfertur) in Romana Curia faciendaunumquemque citra montes, ultra montes verò post quatuor menses, perindè arctent, & afficiant si cuique personaliter intimatæ, & per eos juratæ fuissent. Publicationem ejus in Urbe omnes arctare vult.

§ XIX. Quodque earum transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici, subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique adhibe- Transumptorum fides sanctio pœnalis,

atur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

§. XX. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtrorum interdicti, prohibitionis, declarationis inhibitionis, ſtatuti, mandati, ſublationis, abrogationis, & voluntatatis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

D. P. An: 2. 13. Kal: Jul: Datum Romæ in Monte Quirinali, Annô Incarnationis Dominicæ, milleſimô quingenteſimô nonageſimô quartô, tertiodecimô Kalendas Julii, Pontificatûs Noſtri Annô Tertiô.

L. Card. Prodat.

M. Veſtrius Barbianus.

A. de Alexiis.

Regiſtrata apud Marcellum Secret.

In Nomine, & à Nativitate Domini milleſimo quingenteſimo nonageſimo quarto, Indictione ſeptima, die vero ſecunda menſis Julii, Pontificatûs Sanctiſ-

ſimi

ſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri D. Clementis Divinâ Providentiâ Papæ Octavi, Anno Tertio. Retroſcriptæ Literæ publicatæ, & affixæ fuerunt in acie Campi Floræ, & aliis locis publicis, & conſuetis per nos Proſperum Spada, & Franciſcum de Bonis ejuſdem Sanctiſs: D. N. Papæ Curſ.

Ità eſt Franciſcus de Bonis SS. D. N. Papæ Curſ.

Gabriel Savarellus Curſorum Magiſter.

CCLXVII.

Sanctiſſimi Domini Noſtri D. Urbani Divinâ Providentiâ Papæ VIII. Confirmatio Declarationis Conſtitutionis Clementis Papæ VIII. de Largitione munerum Regularibus utriuſque ſexûs interdicta.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

NUper à Congregatione non nullorum Romanæ Curiæ Prælatorum, coram dilecto filio noſtro Antonio tituli S. Petri ad Vincula Presbytero Cardinali S. Onuphrii nuncupato, Majori Pœnitentiario, ac noſtro in Alma Urbe Pro-Vicario in ſpiritualibus generali, & noſtro ſecundùm

carnem fratre germano, à Nobis deputata, emanavit declaratio tenoris ſubſequentis videlicet:

§. I. Cùm circà interpretationem Conſtitutionis felicis record: Clementis VIII. ſub dat. xiij. Kalendas Julii Pontificatûs ſui Annô Tertiô de Largitione munerum Regularibus utriuſque ſexûs interdicta, nonnullæ difficultates, & ambiguitates ſint exortæ; Congregatio ſpecialiter à Sanctiſſimo Domino Noſtro URBANO Divinâ Providentiâ PAPA VIII. coram Eminentiſſimo Cardinali S. Onuphrii Majori Pœnitentiario, ac Urbis Pro-Vicario deputata, auctoritate ſibi attributa declaravit, & declarat, munera à Religioſis utriuſque ſexûs tribui poſſe, ex cauſis gratitudinis, conciliationis, benevolentiæ ejuſque conſervationis ergà ipſam Religionem, vel Conventum, aliiſve cauſis ex ſui natura actum virtutis, & meriti continentibus, modeſtè tamen, ac diſcretè, & dummodò id non fiat, niſi de Superiorum localium licentia, ac etiam cum conſenſu majoris partis Conventûs, ſi talis conſenſus de jure, vel ex Conſtitutionibus, ſeu conſvetudinibus cujuſque Religionis reſpectivè, in hujuſmodi

di casibus requiratur. Consensum verò Conventûs in §. 3, ejusdem Constitutionis ad leviora esculenta, aut poculenta, seu ad devotionem, & religiositatem pertinentia munuscula largienda &c. requisitum, intelligi debere de consensu aliàs de jure requisito, & ubi concurrit ambitionis suspicio, qua cessante, nec in his requiri licentiam Superiorum in scriptis in §. 4. ejusdem Bullæ requisitam, sed sufficere licentiam, etiam oretenus eisdem concessam, declarat. Commessationem autem, compotationes, & convivia in excipiendis præsertim Benefactoribus, Protectoribus, vel Ordinariis honorificè, & lautè, de quibus in §. 5, & 6. ejusdem Constitutionis, censeri tantummodò prohibita, si decentiæ statûs regularis adversentur. Restitutionem verò receptorum Conventibus faciendam, de qua in §. 7. ibidem cautum est, intelligi debere de Conventibus, ad quos data, donata, seu missa de jure pertinent, si id commodè fieri potest, aliàs Conventui ejusdem Religionis viciniori loco, ubi petita fuit absolutio, restituantur.

§. II. Insuper eadem facultate sibi tributa, omnes, qui hucusque adversùs su-

prædictæ Constitutionis Capitula hìc moderata largiti fuerunt, vel receperunt, à pœnis quibusque in eadem Constitutione inflictis, & incursis posse, & debere à propriis Confessariis absolvi in foro conscientiæ, etiam non facta priùs hujusmodi rerum donatarum, seu datarum restitutione. Quoad eos verò, qui præter modum prædictum graviorî Religionis detrimentô largiendo, vel recipiendo transgressi sunt, sed ob inopiam restituere nequeant, eadem Sanctitas concedit Majori Pœnitentiario, ut de præteritis usque ad diem datæ præsentium in foro conscientiæ absolvat, dispenset, & condonet, seu absolvi, dispensari, & condonari mandet, proùt in Domino magìs expedire judicaverit.

§. III. Et nè prædictæ Clementis VIII. Constitutionis memoria dilabatur, Superiores locales cujuscunque Monasterii, Conventûs, Domûs, ac Collegii Regularis sub pœna privationis officii, vocisque activæ, & passivæ ipso jure incurren: efficere teneantur, ut in perpetuum singulis annis mense Januario, non solùm prædicta Constitutio (quam in reliquis ejus partibus eadem Sanctitas omninò observari jubet, &

qua-

quatenùs opus ſit innovat, quæcunque prætenſum non uſum, aut prætenſum uſum ſeù prætenſam conſvetudinem damnando, & irritando) verùm etiam hoc decretum in aliqua publica Congregatione, vel ſaltem in publica menſa perlegatur. Omnibus tam Eccleſiaſticis Perſonis etiam Regularibus, quàm Laicis cujuſcunque ſint ordinis, conditionis, gradûs, ac dignitatis, etiam ſpeciali nota dignis, & qui ſub generali diſpoſitione non comprehenderunt, prædictam Clementis Conſtitutionem contra præſentis decreti tenorem declarandi, vel interpretandi facultate penitùs interdicta, ſuper quibus Sanctiſſimus mandavit expediri Breve. Datum Romæ die 15. Septembris milleſimô ſexcentiſſimô quadrageſimô.

§. IV. Quapropter, ut præmiſſa firmiùs ſubſiſtant, & inviolabiliter obſerventur, quantùm cum Domino poſſumus, providere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, decla-

Confirmatio Apoſtolica ſupra poſitæ declarationis.

clara-

clarationem præinſertam cum omnibus, & ſingulis in ea contentis, tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quàm facti defectûs, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus, illaque inviolabiliter ab omnibus, ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum obſervari.

Decretum irritans. §. V. Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & quoſvis alios quacunque auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. VI. Non obſtan: quoad ea, quæ

decla-

declarationi prædictæ, & præsentibus sunt contraria, vel diversa, Constitutione fel. rec. Clementis Papæ VIII. Prædecessoris Nostri prædicti, ac omnibus illis, quæ idem Clemens in Constitutione hujusmodi voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscunque. Derogatio contrariorum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xvj. Octobris MDCXXXX. Pontificatûs Nostri Annô Decimô octavô. Dat. An. D. 14. Octob.

M. A. Maraldus.

In Nomine, & à Nativitate Domini millesimô sexcentesimô quadragesimô, Indictione octava, die verò trigesima mensis Octobris, Pontificatûs Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Urbani Divinâ Providentiâ Papæ Octavi, anno decimo octavo, retroscriptæ litteræ publicatæ, & affixæ fuerunt in Acie Campi Floræ, & aliis locis publicis, & consvetis, per nos Hieronymum Mascellam, & Andream Castruccium ejusdem SS. D. N. Curs.

Ità est Hieronymus Mascella Sanctissimi

ſimi D. N. Papæ Curſ: pro D. Mag.

Ita eſt Andreas Caſtruccius SS. D. N. Papæ Curſ.

DECRETUM

Sacræ Congregationis Sanctæ Romanæ & Univerſalis Inquiſitionis latum coram ſan: mem: Alexandri VII.

Legendum ſingulis annis die prima Martii unà cum aliis Decretis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis ad ipſam S. Univerſalem Inquiſitionem ſpectan. quotannis legi ſolitis menſe Augiſti juxta Decretum ſan: mem: Urbani VIII. infraponen:

Ex Decreto dictæ Sac: Congreg: Univerſalis Inquiſitionis annuente ſan: me. Clem: IX. die 7. Novembris 1668. prorogata fuit lectio hujus Decreti unà cum aliis per totum menſem Martii.

Exempla ejuſdem Decreti affigi debent in aliquo loco publico Conventûs, ità ut ab omnibus Religioſis videri, ac legi poſſint.

Feriâ v. Die 8. Julii 1660.

In generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Univerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico apud S. Mariam Majorem coram SS. D. N. D. Alexandro Divinâ Providentiâ

Papa

Papa VII. ac Emmis, & Rmis DD. S. R. E. Cardinalibus in universa Republica Christiana contra Hæreticam pravitatem Inquisitoribus Generalibus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

Licèt aliàs per Constitutionem fel: record: Pauli V. emanatam sub die prima Septembris MDCVI., quæ incipit: *Romanus Pontifex*, fuerit districtè prohibitum Superioribus Regularium, nè quôvis titulô, vel prætextu præventionis, aut consvetudinis, & præscriptionis, etiam immemorabilis, aut aliô in causis ad Sanctùm Officium spectantibus, se quoquô modô intromittere, aut immiscere, denuntiationes recipere, testes examinare, processus conficere, causas cognoscere, aut terminare audeant; imò ex ejusdem Constitutionis dispositione eisdem fuerit graviter injunctum, ut suos subditos, ac religiosos, quos hæresis labe infectos, vel de hæresi suspectos noverint, absque alia consultatione cum propriis suæ Religionis Superioribus, vel alia quavis persona facienda, sinè mora In-

Paulus V. prohibuit super Reg: ne se ingerant in causis Sancti Officii & injunxit, denunciari Inquisit. suspectos de hæresi &c.

ra Inquisitoribus, vel locorum Ordinariis vicinioribus denuncient.

Alexand. VII. sciens revocari in dubium talem obligationem.

§. I. Nihilominus animadvertens Sanctissimus D. N. Alevander VII. ab aliquibus Regularibus in dubium revocari prædictam denunciandi obligationem, adeò ut nedum suos subditos non denuncient, verùm etiam fideles ad ipsos pro consilio recurrentes, an debeant Sancto Officio denunciare, quæ audierunt, aut viderunt, ad ipsum Sanctum Officium spectantia, ad id faciendum, ut deberent, non obligent, imò aliquando eosdem perperam instruant, non teneri, nec sub obligatione Constitutionum Apostolicarum comprehendi, & hanc opinionem erroneis aliquot Doctorum sententiis confirmare tentantes, eosdem in maximum fidei discrimen ab onere denunciandi retrahere conentur.

Constit. Pauli V. renovat & mandat servari, ac non impediri recurrentes ad S. Offic:

§. II. Volens proindè Sanctitas sua abusum hujusmodi ex sui pastoralis officii debito coërcere, post maturam facti discussionem, auditis votis Eminentissimorum, & Reverendissimorum

morum Dominorum Cardinalium adversùs hæreticam pravitatem generalium Inquisitorum, innovans Constitutionem à fel: record. Paulo V. emanatam, & quatenus opus sit, eam declarans.

§. III. Hoc præsenti decreto districtè præcipit, & mandat omnibus, & singulis Regularium Generalibus, Provincialibus, Abbatibus, Prioribus, Gvardianis, Rectoribus, Præpositis, aliisque ejusmodi quocunque nomine nuncupatis, Superioribus cujuscumque Ordinis, & Instituti, sive Mendicantium, sivè non Mendicantium, necnon Congregationis, & Societatis Clericorum Regularium quorumcunque, etiam Societatis JESU, aliorumque quomodocunque exemptorum, vel non exemptorum, etiamsi essent specialiter, & nominatim exprimendi, ut omninò dictæ Constitutioni in omnibus pareant, & omnes, & quoscunque Religiosos, tam sibi ipsis subditos, quàm non subditos, cujuscunque dignitatis, gradûs, & conditionis existant, hæreticos, vel de hæresi quomodocunque etiam leviter suspectos, deferant, & judicialiter denuncient Inquisitoribus, vel locorum Ordinariis, & nullatenùs in

cau-

caufis ad Sanctum Officium ſpectantibus audeant ſe intromittere, neque ſuos ſubditos ad Sanctum Officium recurrentes, vel recurrere, aut accedere volentes, moleſtare, vexare, vel alio quovis modo ſive directè, ſive indirectè avertere retrahere, diſſvadere, imò prædictos ſuos ſubditos monere debeant, ut ipſi quoque eidem decreto omninò pareant, & alios Christifideles, etiam Confratres ſuos ad parendum pariter hortentur, & ſvadeant, rejectis penitùs hujuſmodi opinionibus, atque interpretationibus, quàm Sanctitas Sua cum voto dictorum Eminentiſſimorum Dominorum Cardinalium, tanquam perniciofas, temerarias, & non ſubſiſtentes,& à mente Sanctitatis Suæ prorſus alienas reprobavit, & reprobat.

§. IV. Et quia quandoque etiam eorum ſubditi deficiunt in eo, quod ipſis implendum incumbit cum Religioſis ejuſdem, alteriuſve Ordinis, aliiſve quibuſcumque perſonis de fide ſuſpectis, cæteriſque petentibus conſilium in materiis ad Sanctum Officium ſpectantibus, ità ut nedum ipſimet denunciationes differant, vel ab illis prorſus abſtineant; verùm etiam multoties ab

es ab eiſdem alios à ſe conſilium petentes retrahant malis artibus, vel mendicatis Doctorum opinionibus, vel ſub fraternæ correctionis factæ, vel faciendæ, aliove prætextu.

§. V. Propterea idem Sanctiſſimus declaravit præfatos ſubditos abſque ulla participatione, etiamſi nulla petita venia à Superioribus, etiamſi nulla fraterna correctio, vel alia monitio præmiſſa fuerit, omninò teneri, & obligatos eſſe accedere ad denunciandum Ordinariis, vel Inquiſitoribus locorum quoſcunque etiam Confratres, ac Superiores etiam Primarios ſuos ejuſdem Ordinis, & Religionis, noverint eſſe de fide quo modolibet etiam leviter ſuſpectos.

Moneant que ſubditos, ut quoſcunque etiamſi ſuos ſuperi ſuſpectos de hæreſi denunцient.

§. VI. Ac propterea eoſdem debere omnes, & quoſcumque etiam alios à ſe conſilium, ut ſuprà, petentes, monere, & obligare ad denunciandum, nec poſſe illos à denunciando ſub dictæ fraternæ correctionis, vel alio quovis prætextu retrahere, aut retardare, & præfatos omnes tàm Superiores, quàm ſubditos

Et ad idem obligent petentes conſilium, nulla admiſſa excuſatione.

con-

contrafacientes Sanctitas Sua voluit, & declaravit subjacere omnibus censuris in dicta Constitutione Pauli V. expressis, nec non privationis quarumcunque Dignitatum, seu Prælaturarum, seu officiorum suorum Ordinum, ac vocis activæ, & passivæ perpetuæque inhabilitatis ad eadem ipso facto, & absque alia declaratione incurrendis, aliisque Sanctitatis Suæ, ac successorum arbitriô infligendis pœnis, quarum relaxationem, absolutionem, vel dispensationem Sanctitas Sua sibi ipsi, & successoribus suis Romanis Pontificibus tantùm expresse reservavit.

Sub pænis in præfata Constit: contentis, aliisque.

§. VII. Et nè præmissorum prætendi possit ignorantia, idem Sanctissimus mandavit sub eisdem pœnis, ipso pariter facto incurrendis, ùt suprà reservatis, ut Superiores omnes præfati in quocunque loco, Conventu, vel Collegio sui Ordinis, Decretum hoc semel saltem singulis annis Kalendis Martii in publica mensa, vel aliàs in Capitulo ad hoc specialiter convocato, legi curent unà cum

Decretum hoc legatur singulis annis cum aliis.

cum aliis Decretis, & Constitutionibus Apostolicis ad Sanctum Officium Inquisitionis adversùs hæreticam pravitatem pertinentibus quotannis legi solitis, juxtà Decretum fel: rec. Urbani VIII.

Ejusque exemplum publicè affigatur.

§. VIII. Et insuper iidem Superiores teneantur curare, & efficere, ut hujus Decreti exempla aliquo in loco apud eos publico affigantur, & affixa conserventur, ità ut ab iisdem subditis Religiosis omnibus videri, ac legi commodè queant.

Ac de publicatione certiori fiat Sac. Cong. seu Inquisit.

§. IX. Dèque hujusmodi lectione & commonitione publicô documentô ab iisdem Superioribus Conventûs, vel Domûs subscriptô, unàque ab aliis duobus Religiosis ejusdem Domûs, vel Conventûs statim certiorem facere Congregationem Sanctissimæ Inquisitionis in Urbe, vel locorum Inquisitores ubi sunt.

Publicatum omnes arctat.

§. X. Statuitque præterea Decretum hoc, seu illius exemplum ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in Acie Campi Floræ affixum, omnes ubique existentes

arctare, & afficere, ac si unicuique personaliter fuisset intimatum.

Joannes Lupus Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis Notarius.

Anno à Nativitate Domini Nostri JESU Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo, Indictione decimà tertia, die vero vigesima quarta mensis Augusti, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Alexandri Divina Providentia Papæ VII. Anno ejus sexto, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicarum Sancti Petri de Urbe, necnon ad valvas Palatii S. Inquisitionis, ac in Acie Campi Floræ, ut moris est, per me Hieronimum Mascella ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

DECRETUM

Ut omnes Regularium Superiores suos subditos, & Religiosos persæpè commoneant de injuncta omnibus observantia, & executione Apostolicarum Constitutionum, ac Decretorum ad Officium Sanctissimæ Inquisitionis adversùs hæreticam pravitatem pertinentum.

Legen: unà cum aliis singulis annis feria vi, post Octavam Assumptionis Beatæ Mariæ Vir-

Virginis, vel per totum mensem Augusti, ut ex speciali Decreto dictæ Sacræ Congregationis lato die 5. Novembris 1638.

Necnon exempla prædicti Decreti affigi debent in aliquo loco publico Conventûs, ut à Religiosis omnibus videri, ac legi valeant.

Feriâ v. Die xiv. Aprilis, MDCXXXIII.

In Generali Congregatione Sanctæ Romanæ & Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctissimo Domino Nostro D. URBANO *Divinâ Providentiâ* PAPA VIII., *ac Eminentissimis, & Reverendissimis Dominis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus adversùs hæreticám pravitatem Inquisitoribus Generalibus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.*

SAnctissimus Dominus Noster sedulò incumbens, ut ea, quæ salubriter Apostolicis Decretis, & Constitutionibus statuta, & ordinata sunt, præsertim quæ ad Sanctum Officium Inquisitionis contrà hæreticam pravitatem pertinent, inviolabiliter observentur, & omnimodam sortiantur executionem, districtè mandat, & præcipit, ut omnes Superiores cujusvis Ordi-

nis, Congregationis, Societatis, etiam de necessitate exprimendæ, Regularis, aut cujusvis alterius Instituti, etiam quantùmvis exempti, & privilegiati, teneantur sub pœna privationis officii, ac vocis activæ, & passivæ ipso facto incurrenda, aliisque arbitriô Sanctitatis Suæ infligendis, in perpetuum semel saltem in anno, ideft, feriâ sextâ post Octavam Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis in publica Mensa, vel in Capitulo ad hoc specialiter convocato; Et insuper in quocunque Generali, ac Provinciali Capitulo, Conventu, Dieta, vel alio quovis nomine nuncupato Capitulari Congressu, suos Subditos, ac Religiosos, commonere de injuncta omnibus observantia, & executione earundem Apostolicarum Constitutionum, & Decretorum, ad Sanctum Officium Inquisitionis adversùs hæreticam pravitatem pertinentium, ac præsertim.

Julii III. Constirut. undecimæ incipit: *Licèt à diversis*. Contra impedientes Inquisitores hæreticæ pravitatis in eorum Officio, aut in causis Inquisitionis se ingerentes, eorumque complices, & fautores: Et contra ipsos Inquisitores admittentes laicos

cos

eos ad criminis hæresis cognitionem. Et Pii V. Constitutionis 82. incipit. *Si de protegendis* contra occidentes, verberantes, dejicientes, aut perterrefacientes quemvis ex Ministris Sanctissimi Officii Inquisitionis, vel Episcoporum id munus in sua Diœcesi, vel Provincia, obeuntium, seu Accusatorem, Denunciatorem, aut Testem, in causa fidei quomodocunque productum, vel vocatum: necnon contra diripientes, expugnantes, invadentes, incendentes, expilantes, aliove exportantes alicujus prædictorum bona, libros, litteras auctoritates, exemplaria, regestra, prothocolla, exempla, scripturas, aliàve instrumenta, sive publica, sive privata, ubicunque posita, eorumque complices, & fautores: & contra effringentes carcerem, vel custodiam publicam, vel privatam, extrahentes, vel emittentes vinctum, prohibentes capiendum, captumve eripientes, occulentes, seu facultatem effugiendi dantes, seu id fieri jubentes, eorumque complices, & fautores, etiam effectu non secuto: nullatenus excusandos, nisi claras tantummodò probationes in contrarium adducentes: & contra Intercedentes

 dentes

dentes pro præfatis delinquentibus: inflictis contra quemlibet prædictorum pœnis, quæ damnatis ex primo capite *legis Juliæ Majestatis*, eorumque filiis, irrogantur, & oblata Revelantibus impunitate.

Pii IV. Constitutionis 31. incipit: *Cùm, sicut nuper*. Contra Sacerdotes, qui Pœnitentes Mulieres in actu Sacramentalis Confessionis ad inhonestos actus provocare, & allicere tētant & solicitant. Et Gregorii XV. Constitutionis 34. incipit: *Universi Dominici Gregis*, ampliativæ circa hujus criminis probationes & extensivæ contra Confessarios, qui personas (quæcunque illæ sint) ad inhonesta, sive inter se, sive cum aliis, quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis Confessionis, sive antè, sive pòst immediatè, seu occasione, vel prætextu Confessionis, vel extrà occasionem Confessionis in Confessionario, aut alio in loco ad audiendam Confessionem electo, solicitare, vel provocare, tentaverint, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, sive tractatus habuerint. Et contra Confessarios non monentes eos, quos sciunt ab aliis Confessariis solicitatos esse, ut Inquisitoribus, vel Ordinariis, solicitantes denuncient, vel docen-

docentes eos ad ità denunciandum non teneri.

Gregorii XIII. Constitutionis 21. incipit: *Officii nostri partes*. De Jurisdictione Inquisitorum hæreticæ pravitatis in eos, qui ad ordinem Presbyteratûs non promoti Missas celebrant, & sacramentaliter Confessiones audiunt. Clementis VIII. Constitutionis 81. incipit: *Et si aliàs*, declaratoriæ pœnæ contra eos infligendæ per Judices laicos, prævia eorum degradatione. Et Sanstitatis Suæ Constitutionis 79. incipientis: *Apostolatûs officium*, extensivæ ad minores 25. annis, dummodò vigesimum ætatis annum compleverint

Sixti V. Constitutionis 27. incipit: *Cæli & Terræ Creator*. Contra exercentes artem Astrologiæ Judiciariæ, & alia quæcunque Divinationum genera, libròsve harum artium legentes, vel tenentes. Et Sanctitatis Suæ Constitutionis 113. incipit: *Inscrutabilia Judiciorum Dei*, extensivæ ad alia, & cum gravioribus pœnis.

Clementis VIII. Constitutionis 42. incipit: *Cùm sicut*. Contra Italos, nè extra Italiam proficiscantur ad loca, in quibus liber, & publicus cultus, sive usus Catholicæ

licæ Religionis non existat, minusque eis in locis habitent. Et Gregorii XV. Constitut: 28. incipit: *Romani Pontificis*, contra hæreticos, nè in locis Italiæ, & Insularum adjacentium quovis prætextu commorentur, & contra eorum fautores, & receptatores.

Pauli V. Constitutionis 26. incipit: *Romanus Pontifex.* Revocatoriæ facultatum Superioribus quorumcunque Ordinum, & Religiosorum, quoquo modo concessarum, cognoscendi causas suorum subditorum ad Officium Sanctæ Inquisitionis quomodòlibet pertinentes.

Ejusdem Constitutionis 97, incipit: *Regis pacifici.* Innovatoriæ Constitutionum à Sixto IV., & Pio V. de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis editarum: Impositionis majorum pœnarum in trasgressores, à locorum Ordinariis, & hæreticæ privatis Inquisitoribus puniendos. Et Gregorii XV. Constitutionis 29. incipit: *Sanctissimus Dominus Noster auditis*, ampliativæ, & declaratoriæ prohibitioni asserendi Beatam Mariam Virginem conceptam esse in peccato originali.

Gregorii XV. Constitutionis 27. incipien-

pientis: *Romanus Pontifex in specula.* Revocatoriæ quarumcunque concessionum vivæ vocis oraculo factarum. Et Sanctitatis Suæ Constitut, extensivæ ad quoscunque quantumvis privilegiatos, & exemptos, incip: *Aliàs fel. rec: Greg: Papa XV. sub Dat. Romæ* 20. *Decembris* 1631.

Ejusdem Constitutionis 40. incip: *Apostolatûs officium.* Et Sanctitatis Suæ Constitut: 114. incipit eo modo: Revocatoriæ licentiarum quarumcunque legendi, & habendi libros prohibitos.

Sanctitatis Suæ Constitutionis 37, incip: *Sanctissimus Dominus Noster solicitè animadvertens.* De Imaginibus nondum à Sede Apostolica Canonizatorum, vel Beatificatorum cum radiis, splendoribus, aut laureolis, non proponendis: Tabellis, aut luminaribus ad eorum sepulchra non apponendis: eorumve gestis, miraculis, revelationibus, beneficiorum impetrationibus, non publicandis, aut imprimendis.

Pariter Sanctitatis Suæ Constitutionis 50. incip: *Sanctissimus Dominus Noster pro debito sui Pastoralis officii.* De libris ubicunque compositis, de quacunque materia tractantibus, ab his, qui degunt in Statu

Eccle-

Ecclesiastico, non transmittendis aliò, ut imprimantur, sinè Vicarii, & Magistri Sacri Palatii in Urbe, vel extra eam sinè Ordinarii, & Inquisitoris, aut ab eis deputatorum, licentia.

Et ejusdem Sanctitatis Suæ Constitutionis sub Datum Romæ die 5. Novembris 1631. incipien: *Cum sicut accepimus.* Quod Constitutiones Apostolicæ in concernentibus Fidem Catholicam, & Sanctæ Inquisitionis Officium hactenus editæ, & in posterum etiam super quacunque alia re edendæ, omnes Regulares quomodòlibet privilegiatos comprehendant, nisi in edendis illi specialiter excipiantur.

Et insuper iidem Superiores teneantur curare, & efficere, ut hujus Decreti exempla aliquo in loco apud eos publico affigantur, & affixa conserventur, ità ut ab eisdem subditis Religiosis omnibus videri, ac legi commodè queant. Deque hujusmodi commonitione publicô documentô statim certiorem facere Congregationem Sanctissimæ Inquisitionis in Urbe. Et ità mandat, & præcipit Sanctitas Sua.

Jo: Antonius Thomasius S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis Not.

Anno

Anno millesimo sexcentesimo trigesimo tertio, Indict: 1. Pontificatûs SS. D. N. D. Urbani Divinâ Providentiâ Papæ Octavi, die verò septima mensis Junii supradictæ Litteræ, sive Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Principis Apostolorum Urbis, ac in acie Campi Floræ, ut moris est, per me Alexandrum Latinum Prælibati Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursorem.

Sequuntur Constitutiones relatæ in supradicto Decreto.

XI.

Contra impedientes Inquisitores hæreticæ pravitatis in eorum Officio, aut in causis Inquisitionis se ingerentes. Et contra ipsos Inquisitores, admittentes laicos ad criminis hæresis cognitionem.

JULIUS EPISCOPUS Servus Servorum Dei. Edita A. D. 1551.

Ad perpetuam rei memoriam.

LIcèt à diversis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, etiam per speciales Constitutiones in corpore juris insertas, fuerit ritè, & falu-

Inquisitores à multis impediebantur in eorum officiis

& salubriter sancitum, atque decretum, ut sæculi Potestates, & Domini temporales, ac Provinciarum, Civitatum, Terrarum, & Locorum quorumcunque Rectores, quibuscunque Dignitatibus, vel Officiis, aut nominibus censeantur, Diœcesanis Episcopis, & Inquisitoribus Hæreticæ pravitatis in ipso Inquisitionis negotio faveant, & assistant, nemoque ex prædictis Potestatibus, Dominis, & Rectoribus, eorumque Officialibus de crimine hæresis, cùm mere sit Ecclesiasticum, quoquo modo cognoscat, vel judicet, neque Diœcesano Episcopo, vel Inquisitori ipsius Inquisitionis negotio incumbenti se opponere, aut ipsum aliquatenus impedire, vel impedientibus auxilium, aut favorem scienter dare audeat, perpetuæ damnationis Sententia in eos, qui contra prædicta, fecerint promulgata, quam si per Annum animô sustinuerint pertinacî, ex tunc velut hæretici condemnentur: usque adeò tamen in omnibus ferè, non solùm Italiæ, verùm etiam aliis Pro- sub variis prætextibus.

vinci-

vinciis, Civitatibus, Terris, & Locis, complurium laicorum, ut accepimus, mundanæ gloriæ processit ambitio, vel Sacrorum Canonum inscitia, vel Ecclesiasticæ disciplinæ contemptus, ut in Animarum suarum perniciem, atque Interitum, Diœcesanos Episcopos, & Inquisitores à Sede Apostolica institutos Inquisitionis Officium exercentes, alii sub justitiæ prætextu, nè ulli scilicet fiat injuria, impedire, alii verò sub pietatis colore, ut sontes scilicet severiùs puniantur, se ipsis Diœcesanis Episcopis, & Inquisitoribus adjungere, & unà cum eis de ipso hæresis crimine cognoscere, Processus formare, formatosque suo judicio submittere non erubescant.

§. I. Cui sanè morbo jam nimis latè progredienti, solitam, ac salutarem Ecclesiæ medicinam pro nostra Pastorali sollicitudine afferre cupientes, sæculi Potestates, Dominos temporales, ac Provinciarum, Civitatum, Terrarum, & Locorum Rectores supradictos, necnon quascum-

Pontifex ideò præcipit, ut nemo impediat Inquisitores in negotio Inquisitionis, nec se ingerat in cognoscendo crim

ne hæresis nisi ab Inquisitoribus requisitus.

cunque alias sæculares personas, tam privatas, quàm publico quovis munere fungentes, requirimus, & monemus, ac eis JESU CHRISTI Redemptoris nostri (cujus vices, licèt immeriti, gerimus in terris) nomine præcipimus, nè Diœcesanos Episcopos, & Inquisitores ipsos in suo inquisitionis negotio, ullo modo impediant, seu perturbent, neque se in hæresis crimine cognoscendo, vel Iudicando, quovis etiam assistentiæ, & favoris, colore, causa, vel occasione (nisi quatenus ab ipsis Diœcesanis Episcopis, aut Inquisitoribus, & libera eorum voluntate fuerint requisiti) se ingerant, ordinationes, provisiones, & leges quascunque, de ipsius criminis cognitione latas Sacris Canonibus obsistentes, & Ecclesiasticam Jurisdictionem impedientes sine mora abrogent, & deleant, prout etiam nos eas omnes invalidas, fuisse, & esse decernimus, & declaramus, ac ex nunc pro abrogatis, & deletis haberi volumus, & mandamus.

Inobedientibusque, &c.

§. II. Qui monitis his nostris non obtem-

obtemperaverint, quive scienter in prædictis consilium, auxilium, aut favorem dederint, noverint se, non solùm per Sacras dictorum Prædecessorum nostrorum Constitutiones, verùm etiam per hanc nostram sanctionem, sive sententiam, & declarationem perpetuò duraturam (quam auctoritatem Omnipotentis DEI, ac Beatorum Apostolornm Petri, & Pauli, ac nostra in ipsos non obtemperantes, quacunque illi præfulgeant dignitate, in his scriptis proferimus) communione Fidelium, & omnium Ecclesiasticorum Sacramentorum perceptione privatos, ac maledictionis, & execrationis æternæ vinculô ligatos, anathematisque, & majoris Excommunicationis mucrone percussos, ità ut nemo unquam in præmissis delinquens, nisi à nobis, & successoribus nostris canonicè intrantibus etiam, prætextu quarumcunque facultatum confessionalium nuncupatarum, etiam à nobis, & dicta Sede hactenus emanatarum, vel in posterum emanandarum, specificam, & expressam ac

rum fautoribus pænas hic expressas imponit

aliàs

aliàs quàm per verba generalia, de præsentibus nostris Litteris mentionem non facientium, præterquam in mortis discrimine, absolvi possit.

Inquisitoribus, etiam easdem pœnas infligi laicos cognoscere de crimine hæresis.

§. III. Quibus etiam censuris ipsos Diœcesanos Episcopos, & Inquisitores subjacere volumus, si Laicos secum quomodocumque de ipso crimine cognoscere, aut judicare permiserint.

Jussio publicandi hanc Bullam.

§. IV. Ut autem præmissa omnia, ad eorum, quorum interest, notitiam deducantur, nullusque de eis ignorantiam justè prætendere possit, volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quòd præsentes Litteræ per aliquos Cursores nostros, aut Notarios publicos in Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & Ecclesiæ Lateranen:, ac Cancellariæ Apostolicæ valvis, necnon acie Campi Floræ, ut moris est, publicentur, earum exemplum singulis valvis, & acie hujusmodi affixo, & dimisso. Nulli ergo &c,

P. D. Anno 2. 18. Martii.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Annô Incarnationis Dominicæ mil-

millesimo quingentesimô quinquagesimô primô, quintodecimò Kalend: Aprilis, Pontificatûs nostri Annô secundô.

Lecta, & publicata fuit die Veneris Sancto in Capella Sanctitatis Suæ, dum Divina celebrarentur Officia.

Anno Domini 1551. Indictione nona die vero 24. mensis Martii, Pontificatus SS. D. N. Julii Divina Providentia Papæ III. Anno ejus secundo. Retroscriptæ litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt in valvis, seu Portis Principis Apostolorum de Urbe, & Sancti Joannis Lateranen, & Cancellariæ Apostolicæ, necnon in acie Campi Floræ dimissis copiis per nos Petrum Gomez Freylæ, & Franciscum Munos SS. D. N. Papæ Cursores. Publicatio.

Ità est Petrus Gomez Freylæ Cursor manu propria.

Ita est Franciscus Cursor manu propria

Petrus Leobodie Magister Cursorum.

LXXXII.

Contra offendentes statum, res, & personas Sanctissimi Officii Inquisitionis hæreticæ pravitatis, eorumque filios, necnon complices, & fautores.

Edita A. D. 1569.

PIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam.

Forma publicandi.

SI de protegendis cœteris omnibus Ecclesiæ Ministris, quos in fidem, & clientelam nostram à Domino recepimus, cura nobis quotidiana insidet, quanto majore studio eam nos solicitudinem capessere necesse est, ut qui in Sacro Inquisitionis hæreticæ pravitatis Officio versantur, sub tutela inviolatæ auctoritatis hujus Sedis periculorum omnium expertes, quæque munera ad exaltationem Fidei Catholicæ exequantur?

Causa hujus Constitut.

§. I. Cùm itaque ejus generis impiorum vis quotidie magis invalescat, qui omnibus malis artibus prædictum Officium subvertere, Ministrosque sanctionibus disturbare moliuntur, eò jam nos detrusit necessitas, ut nefariam, & scelestam illorum audaciam acerbiore castigationis verbere reprimamus.

Offendentes, seu im-

§. II. Hac igitur generali Constitutione de Fratrum consilio sancimus,

mus, ut quicunque sive privatus, si- ve cuncta Civitas, sive Populus, sive Dominus, Comes, Marchio, Dux, vel potiore titulo Illustris, quemvis ex Inquisitoribus, Advocatis, Procuratoribus, Notariis, aliisve Ministris prædicti Officii, vel Episcoporum id munus in sua Dioecesi, aut Provincia obeuntium, seu accusatorem, denunciatorem, aut Testem in causa Fidei quomodocunque productum vel evocatum occiderit, verberaverit, dejecerit, seu perterrefecerit.

pedientes personas inquisitorum &c.

§. III. Quive Ecclesias, ædes, aliasve res, sive publicas, sive privatas, officii, aut Ministrorum, expugnaverit, invaserit, incenderit, aut libros literas, auctoritates, exemplaria, regestra, protocolla, exempla, scripturas, aliave Instrumenta, sive publica, sive privata, ubicunque posita combusserit, diripuerit, seu interverterit, seu ex incendio, aut direptione, aut aliô quôcunque modô, illa exportaverit, seu qui in conflagratione, expugnatione, aut direptione, etiam inermis, sive capiendi, sive

Bonaque diripientes.

comburendi, sive supprimendi causa fuerit, sive res, aut personas, servari, defendive prohibuerit.

Et Carceres frangentes &c. pœnas hic descriptas incurrant.

§. IV. Quive carcerem, aut aliam custodiam, seu publicam, seu privatam effregerit, vinctum extraxerit, seu emiserit, capiendum prohibuerit, captumve eripuerit, receperit, occuluerit, seu facultatem effugiendi dederit, seu jusserit id fieri, qui cœtum concursumve fecerit, sive ut aliquid prædictorum fieret omnes accommodaverit, sive aliàs auxilium, consilium, aut favorem, publicè, vel occultè, in quolibet prædictorum scienter præstiterit, licèt nemo occisus, nemo verberatus, nemo extractus, emissus, vel ereptus, nihil expugnatum, nihil effractum, successum, diremptumve, nullum denique damnum re ipsa sit secutum: nihilominùs is sit anathemate præsentis Canonis auctoritate ligatus, idem quoque læsæ Majestatis reus, dominiô, dignitate, honore, fæudo, ac quocunque aliô Beneficiô temporalî, & perpetuo eo ipsô privatus, sæcularis

Ju-

Judicis arbitrio relinquatur, qui de eo illas ipsas pœnas exigat, quæ damnatis primo capite dictæ Legis per Constitutiones legitimas irrogantur, bonis, rebusque omnibus Fisci juribus applicatis, uti etiam est de damnatis hæreticis per Sanctiones Canonicas constitutum ejus filii paternâ infamiâ subiecti, omnis, & cujuscunque hæreditatis, & successionis, donationis, & legati, sive propinquorum, sive extraneorum omninò sint expertes, eisdem præterea portæ nunquam pateant Dignitatum.

§. V. Nemo autem expurgationem habere, aut causam ullam proponere, vel prætendere possit, qui tantum nefas in contemptum, & odium Officii admiserit, nisi contrarium per claras probationes docuerit se fecisse. Quod porrò de prædictis, eorumque filiis statuimus, illud idem de omnibus Clericis, & Presbyteris Sæcularibus, & quorumvis Ordinum, etiam exemptorum Regularibus, & quacunque etiam Episcopali, & majori dignitate præditis, ac etiam Pri-

Delinquentes claras tantum modò probationes in contrarium adducere possunt.

 vile-

vilegiô quomodocunque suffultis, decernimus exequendum; Ità ut ipsi Beneficiis omnibus Ecclesiasticis præsentium auctoritate privati, per Judicem Ecclesiasticum hæreticorum more degradentur, demum potestati Sæculari traditi, pœnis prædictis Laicorum instar subjiciantur.

Episcoporum tamen Causæ Romano Pontifici servantur.

§. VI. Pontificum tamen causis, nobis, & successoribus nostris, reservatis, ut re quæsita, & nobis renunciata, contra eos ad depositionem, & alias pœnas prædictas procedamus, uti criminis atrocitas videbitur postulare.

Intercedentes pro præfatis Delinquentibus hæresis pœnas incurrunt.

§. VII. Quicunque autem pro talibus veniam petere, aut aliàs intercedere tentaverint, in easdem illas pœnas, quæ in hæreticorum fautores à Sacris Constitutionibus inferuntur ipsô factô se noverint incidisse.

Revelantes huiusmodi delicta, impunitatem consequuntur.

§. VIII. Verùm si quis etiam hujusmodi criminum conscius, vel affinis, sive religionis studiô, sive pœnitentiâ ductus rem adhuc incognitam retexerit, suppliciô liberetur.

§. IX. Cœterùm eam omnium, &

qua-

quarumcunque absolutionum ratio- nem à prædictis criminibus, necnon habilitationum, & restitutionum, etiam ad famam, & honores, ità deinceps habendam optamus, ut successores nostri nullas nisi saltem semestrîce post cujusque assumptionem ad hujus dignitatis fastigium excursô, ac precibus apud supremum officium Inquisitionis hic institutum verificatis, concedant. Decernentes omnes, & quascunque hujusmodi absolutiones, habilitationes, & restitutiones, quæ precibus sic non verificatis de cætero fient, nemini prorsus prodesse, sed nec præsentibus, nisi toto ipsarum tenore ad verbum inserto, & gratiâ ex certa Romani Pontificis scientia factâ, & propria manu subsignatâ, ulla in parte derogari, nec derogatum censeri debere, & si illis ex quacunque causa aliter derogari contigerit, derogationes hujusmodi nullius prorsus fore roboris, & momenti.

Forma servanda in absolutionibus hujusmodi criminum à Pontifice concedendum.

§. X. Jubemus igitur universos, & singulos Patriarchas, Primates Archie-

Deputatio Executorum

chiepiſcopos, Epiſcopos, & cæteros Eccleſiarum Prælatos, per univerſum Orbem conſtitutos, ut per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes Litteras, aut earum exempla in ſuis quiſque Provinciis, Civitatibus, Diœceſibus, & locis ſolemniter publicari, & quantum in ſe eſt, firmiter obſervari procurent, contradictores quoſcunque, per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita compeſcendo, ipſaſque cenſuras, & pœnas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocatô etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxiliô brachii ſæcularis.

Derogatio Contrariorum. §. XI. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Fides Tranſumptorum. §. XII. Volumus autem, ut præſentium exempla etiam impreſſa, edantur, eaque Notarii publici manu, & cujuſcunque Curiæ Eccleſiaſticæ, vel Prælati Sigillô obſignata, eandem illam prorſus fidem ubique locorum faciant; quam ipſæ præſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

§. XIII.

§, XIII. Cæterùm omnes Orbis Terrarum Principes; quibus gladii sæcularis poteſtas ad malorum vindictam eſt permiſſa, per eam, quam ſe tueri promiſerunt, fidem, obteſtamur, ità ſuas quiſque partes, ſive in præſtando Miniſtris prædictis auxilio, ſive in criminum poſt Eccleſiæ ſententiam animadverſione, interponere; ut eorum quoque præſidiis Miniſtri ipſi tanti Officii munus pro Dei æterni gloria, & religionis incremento feliciter exequantur, ampliſſimum à Domino præmium recepturi, quod fidei prædictæ aſſertoribus in æternæ Beatitudinis conſortio præparavit.

§. XIV. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ ſanctionis, legationis, ſtatuti, decreti, juſſionis, obteſtationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum &c. Sanctio. Pænalis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Annô Incarnationis Dominicæ, milleſimô quingenteſimo ſexageſimô Dat. P. An: 4. 2. April

ſimô nonô, Kalen: Aprilis, Pontificatûs Noſtri Annô Quartô.

Papa ſub. ſcript. Ego Pius V. Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Utinam dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas juſtificationes tuas.

Cardin; ſubſcript. F. Card: Piſanus Epiſcopus Hoſtien.

Jo: Car: Moronus Epiſcopus Portuen

Chriſtophorns Card: Madrucius Epiſcopus Præneſtin.

Otho Card: Truchſes Epiſcopus Albanen.

A. Card: Farneſius Vice-Cancell: Epiſcopus Tuſculan.

Jo: Baptiſta Cicada Epiſcop: Sab Card: S. Clem.

Ego Ph: Card: à Burdiſera.

Ego Antonius Card: Granvelanus.

Ego Franciſcus Card: Pacecus.

Ego Hieronymus Card: de Corrigio.

Ego Jo: Franciſcus Card: de Gambara

Ego Nicolaus Card: de Sermoneta.

Ego Ind: de Avalos Card: Aragona.

Ego M. Antonius Card: Columna,

Ego Ptolomeus Card: Comenſis.

Ego P. Card: de Sancta Cruce.

Ego Z. Card: Delphinus.

Ego

Ego Hu: Card: S. Sixti.
Ego Julius Card: Urbinus.
Ego Fulvius Card: Perusinus.
Ego Jo: Riccius Card: Politianus.
Ego Scipio Card: Pisarum.
Ego Jacobus Card: Sabellus.
Ego Aloysins Card: Cornelius.
Ego Alexander Card: Cribellus.
Ego Guido Card: Vercellus.
Ego Gvilelmus Card: Sirlettus.
Ego Fr: Michàél B. Cardin: Alexander Camer.
Ego Hieronymus Cardinalis de Claravalle.
Ego Ludovicus Card: Madrutius.
Ego Innocentius Card: de Monte.
Ego Hieronymus Card: Simoncellus.
Ego Ferdinandus Card: de Medicis.
F. Cardinalis Alciatus.
Jo: Paulus Cardinalis ab Ecclesia.
A. Cardinalis Caraffa.

Annô à Nativitate Domini 1569. *Indictione* 12. *die verò* 2. *mensis Maji*, *Pontificatûs Sanctissimi in Christo Patris*, & *D. N. D. Pii Divinâ Providentiâ Papæ V. Annô quarto. Retroscriptæ Litteræ Apostolicæ lectæ, affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, Cancella-*

riæ

næ Apostolicæ, & in Acie Campi Floræ, ùt moris est, dimissis in locis præfatis præsentibus Litteris per aliquantulum temporis spatium affixis, & deindè amotis per nos Julium Parinum, & Joannem Barnotum, prælibati SS. D. N. Papæ Cursores.

Antonius Clerici Magister Cursorum.

XXXI.

Inquisitorum hæreticæ pravitatis facultas, procedendi contrà Sacerdotes, qui Mulieres pœnitentes in actu confessionis, ad actus inhonestos provocare, allicere tentant.

Edita A. D. 156.

PIUS PAPA IV.

Ven: Fratri Archiepiscopo Hispalen: in Regnis Hispaniarum Hæreticæ Pravitatis Inquisitori Generali.

Quidam Sacerdotes abutendo Sacramento Penitentiæ Mulieres in actu confessionis.

CUm, sicut nuper non sinè animi nostri molestia accepimus, diversi Sacerdotes in Regnis Hispaniarum, atque etiam in eorum Civitatibus. & Diœcesibus curam Animarum habentes, sive eam pro aliis exercentes, aut aliàs audiendis confessionibus

nibus pænitentium deputati, in tantam proruperint inquitatem, ut Sacramento Pœnitentiæ in actu audiendi confessiones abutantur, nec illi, & qui id instituit Domino Deo, & Salvatori nostro JESU Christo injuriam facere vereantur, Mulieres videlicet Pœnitentes ad actus inhonestos, dum earum audiunt confessiones alliciendo, & provocando, seu allicere, & provocare tentando, & procurando, ac loco earum per Sacramentum hujusmodi Creatori nostro reconciliationis; graviori peccatorum mole eas onerando, & in manibus Diaboli trahendo, in Divinæ Majestatis offensam, Animarum perniciem, & Christifidelium scandalum non modicum.

ad actus in honestos provocant.

§. I. Nos in animum inducere nequeuntes, quòd qui de Fide Catholica rectè sentiunt: Sacramentis in Ecclesia Dei institutis abutantur, aut illis injuriam faciant, fraternitati tuæ, de cujus eximia pietate, virtute, atque doctrina plurimùm in Domino confidimus, per præsentes committimus,

Contra quos iste Pontifex ab Inquisitoribus hæreticæ pravitatis inquiri decernit.

mus, & mandamus, quatenus per te, vel per alium, seu alios à te deputandum, seu deputandos contra omnes, & singulos Sacerdotes dictorum Regnorum, ac illarum Civitatum, & Dioecesum de præmissis quomodolibet diffamatos tam Sæculares quàm quorumvis etiam exemptorum; ac Sedi Apostolicæ immediatè subjectorum Ordinum Regulares, cujuscunque dignitatis, statûs, gradûs, ordinis, conditionis, & præeminentiæ existant, tam super præmissis, quàm super Fide Catholica, & quid de ea sentiant diligenter inquiras, & juxta facultatem tibi contra hæreticos, aut de hæresi quôvis modô suspectos à Sede Apostolica concessarum continentiam, & tenorem procedas, ac culpabiles repertos juxta excessuum suorum qualitatem, prout juris fuerit, punias, eas etiamsi, & prout juris fuerit faciendum, debita præcedente degradatione sæcularis Judicis arbitrio puniendos tradendo.

Locus restitutus.

§. XII. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis

Contrariis derogat.

licis, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum, nec non Ordinum quorumlibet, quorum ipsi Sacerdotes fuerint, etiam juramentô, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consvetudinibus, Privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam Motu proprio, aut aliàs qnomodolibet concessis, etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis, quibus omnibus eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die decima sexta Aprilis, millesimô quingentesimô sexagesimô primô, Pontificatus Nostri Annô secundô. D.P.A. die 16. April.

XXXIV.

Confirmatio, & ampliatio Constitutionis Pii IV. editæ contra Sacerdo-

tes in Confessionibus Sacramentalibus Pœnitentes ad turpia solicitantes.

Edita A. D. 1632.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

UNiversi Dominici Gregis curam, quamquam immeriti, cœlesti dispositione gerentes, sedulò invigilare tenemur, ut ab omnibus pravis contagiis conservetur immunis, multoque majori studiô providere, ut omnis pestis ab iis avertatur, quibus alios sanandi officium est commissum, nè quod Evangelica scripta Nos admonent, sale infatuato, non sit in quo saliatur, & ad nihilum prosit ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.

Pont: contra solicitantes ad turpia pœnitentes leges edixerunt.

§. I. Quoniam autem à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris quibusdam in locis provisum fuit, ut impium, ac nefandum scelus, quod non solùm inter Christifideles non esse, sed nec etiam nominari debet, procul ab iis arceatur, videlicèt, ut aliquis Sacerdos ad Sacras audiendas Confessiones deputatus Sacrosanctô Pœnitentiæ Sacramentô, solicitando

Pœ-

pœnitentes ad turpia, abutatur, ac pro medicina venenum, pro pane aſpidem porrigat, & ex cœleſti Medico infernalis veneficus, ex Patre ſpirituali proditor execrabilis Animarum reddatur: Idcirco Nos ea, quæ his, perniciofiſſimis diaboli inſidiis arcendis certis locis ſalubriter conſtituta ſunt, ut nullibi deſiderentur, quantùm ex alto conceditur; providendum duximus.

§. II. Aliàs ſiquidem à fel: rec: Pio Papa IV. Prædeceſſore noſtro emanarunt litteræ tenoris ſubſequentis, videlicet: Pius Papa IV. Venerabili Fratri Archiepiſcopo Hiſpalen: in Regnis Hiſpaniarum hæreticæ pravitatis Inquiſitori Generali, Cùm ſicut nuper &c. *pag:* 60.

PiusIV. ſui de ſuper edidit Conſtit: quæ eſt ſup. pag: 53.

§. III. Igitur ut litteræ prædictæ perpetuis futuris temporibus, & ubique locorum inviolabiliter obſerventur, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtra, ac de conſilio Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium contra hæreticam pravitatem Generali-

Hic Pontificiam præcipit inviolabiliter obſervari.

ralium Inquiſitorum præinſertas litteras hujuſmodi, ac omnia, & ſingula in eis contenta Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque omnibus & ſingulis inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, illaſque non ſolùm in prædictis Hiſpaniarum Regnis, ſed in quibuſvis Chriſtiani Orbis partibus firmiter, & inviolabiliter obſervari præcipimus, & mandamus.

Immò plenius contra hujuſmodi ſolicitantes in confeſſionibus & eorum occaſione diſponit

§. IV. Ac prӕterea nè in futurum de pœna his delinquentibus imponenda; & de modo contra eoſdem procedendi ab aliquo dubitari poſſit, ſtatuimus, decernimus, & declaramus, quòd omnes, & ſinguli Sacerdotes tam ſæculares, quàm q[illegible]umvis, etiam quomodolibet ex[illegible]orum, ac Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjectorum Ordinum, Inſtitutorum, Societatum, & Congregationum regulares cujuſcunque dignitatis, & præeminentiæ, aut quôvis privilegiô muniti exiſtant, qui perſonas, quæcunque illæ ſint, ad inhoneſta, ſive inter ſe, ſive cum aliis quomodolibet

bet

bet perpetranda in actu Sacramentalis Confessionis, sive antè, vel pòst immediate seu occasione, vel prætextu confessionis hujusmodi, etiam ipsa confessione non secuta, sivè extra occasionem Confessionis in Confessionario, aut in loco quocunque ubi Confessiones Sacramentales audiantur, seu ad Confessionem audiendam electo, simulantes ibidem Confessiones audire, solicitare, vel provocare tentaverint, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, sive tractatus habuerint, in Officio Sanctæ Inquisitionis severissimè, ut infrà, puniantur. Et præterea omnes hæreticæ pravitatis Inquisitores, & locorum Ordinarios omnium Regnorum, Provinciarum, Civitatum, Dominiorum, & Locorum universi Orbis Christiani in suis quemque Diœcesibus, & Territoriis per has nostras litteras, etiam privativè quoad omnes alios specialiter, ac perpetuò Judices delegamus, ut super his contra prædictos simul, vel separatim in omnibus, prout in causis Fidei, juxta Sacrorum Canonum formam, necnon Officii Inquisitionis hujusmodi Constitutiones, Privilegia, consvetudines, & decreta, diligenter inquirant, & procedant, &

quos in aliquo ex hujusmodi nefariis excessibus culpabiles repererint in eos pro criminum qualitate, & circumstantiis, suspensionis ab executione ordinis, privationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcunque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, necnon vocis activæ, & passivæ, si regulares fuerint, exilii, damnationis ad triremes, & carceres etiam in perpetuum absque ulla spe gratiæ, aliasque pœnas decernant, eos quoque si pro delicti enormitate graviores pœnas meruerint, debita præcedente degradatione, Curiæ sæculari puniendos tradant.

Cardinalibus Inquisitoribus generalibus arbitrium circo probationes penas concedit

§. V. Dantes etiam facultatem Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, nè dictum tam enorme, & Ecclesiæ Dei tam perniciosum, remaneat, ob probationum defectum, impunitum, cum difficilis sit probationis, testibus etiam singularibus, concurrentibus præsumptionibus, indiciis, & aliis adminiculis, delictum probatum esse arbitriô suô

judi-

judicandi, & Curiæ Sæculari, ùt præfertur, reum tradendum esse, pronunciandi.

§. VI Non obstan: omnibus, quæ dictus Prædecessor in suis litteris prædictis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscunque. Obstantia tolluntur.

§. VII. Mandantes omnibus Confessariis, ut suos pœnitentes, quos noverint fuisse ab aliis, ùt supra solicitatos, moneant de obligatione denunciandi solicitantes, seu ùt præfertur tractantes, Inquisitoribus, seu locorum Ordinariis prædictis, quòd si hoc officium prætermiserint, vel pœnitentes docuerint non teneri ad denunciandum Confessarios solicitantes, seu tractantes, ut supra, iidem locorum Ordinarii, & Inquisitores illos pro modo culpæ punire non negligant. Confessores scientes ab aliis Pænitentes fuisse solicitatos moneant eos ut Inquisitoribus, vel Cardinalibus denuncietur.

§. VIII. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillô alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsùs fides in ju- Transumptis credendum.

dicio, & extrà ubique habeatur, quæ præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Publicatio in Urbe omnes afficit. §. IX. Quodque eædem præsentes litteræ, seu illarum exempla ad Valvas Basilicarum Sancti Joannis Lateranen: ac Principis Apostolorum de Urbe, & in Acie Campi Floræ affixæ omnes ità arctent, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent.

Dat. P. Anno 2. die 30. Augusti. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 30. Augusti MDCXXII. Pontificatûs Nostri Annô secundô.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo sexcentesimo vigesimo secundo Indictione quinta, die verò prima mensis Septembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Gregorii Divinâ Providentiâ Papæ XV. Anno ejus secundo. Retroscripta Constitutio, sive Litteræ Apostolicæ affixæ fuerunt ad valvas S. Joannis Lateranen: & Principis Apostolorum Basilicarum de Urbe, & in Acie Campi Floræ, ut moris est, per me Brandimartem Latinum Apostolicum Cursorem.

Octa-

XXI.

Jurisdictio Inquisitorum hæreticæ pravitatis in eos, qui ad ordinem Presbyteratûs minimè promoti, Missas celebrant, & Pœnitentiæ Sacramentum ministrant.

GREGORIUS PAPA XIII.

Edita A. D. 1574

Ad perpetuam rei memoriam.

OFficii nostri partes sedulò præstare tenemur, ut dubia, quæ variis Doctorum opinionibus hinc inde diversa sentientibus agitantur, ad jurisdictionem Sanctissimi Officii Inquisitionis hæreticæ pravitatis pertinent, nostræ declarationis oraculo (prout ratio ipsa svadere videtur) dilucidentur, ut nulla cuiquam dubitandi occasio in posterùm relinquatur. Exordium.

§. I. Ad aures nostras siquidem nuper pervenit, multos esse qui dubitent, an contrà eos, qui in sacro Presbyteratûs ordine non constituti, Missas celebrare, Confessiones audire, ac absolutionem impertiri, ausi fuerint, per Officium Sanctissimæ Inquisi- Dubium an qui non sunt in ordine Presbyteratus & Missas celebrant: &c possint ab Inquisitoribus

 quisi-

hæreticæ pravitatis puniri.

quisitionis hæreticæ pravitatis, in Hispaniarum Regnis institutum, & illius Inquisitores procedendum, vel etiam animadvertendum sit, ac hi, qui talia patraverint, per Inquisitores prædictos puniri debeant. Nam, etsi multorum sententia affirmetur, prædictum delictum ab Inquisitoribus plectendum esse, hisce præsertim temporibus, quibûs Hæretici temerè audent proferre, etiam Sæculares eorum Sacramentorum ministros esse posse, non desunt tamen hi, qui contrariæ adhærent opinioni, unde plerumque per eorundem Regnorum Inquisitores, diversa feruntur in hujusmodi causis suffragia.

Declaratio quod possint.

§. II. Nos itaque, ut omnis difficultas, dubitatióque tollatur, animadvertentes eos, qui Presbyteratûs ordine non sunt insigniti, & se in administrandis dictis Sacramentis ingerunt factô Catholicam veritatem impugnare, quæ solos Presbyteros Ministros eorumdem Sacramentorum constituendo, illis duntaxat quibus eadem munera congruere existima-

vit,

vit, committi voluit eorum, qui in Presbyteratus ordine non constituti Missas celebrant, ac confessiones audiunt, ut præfertur cognitionem, & punitionem, etiam ad Inquisitionis Officium, & Inquisitores antedictos pertinere, & quòd hujusmodi delicti ratione, adversus eos inquirere, procedere, ac culpabiles repertos punire officium, & Inquisitores prædicti valeant, Apostolica auctoritate præsentium tenore perpetuo declaramus, & diffinimus.

§. III. Et ità ab omnibus, & singulis Ordinariis, & delegatis Judicibus, sublata eis, & eorum cuilibet quavis alia judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & diffiniri debere irritum quoque, & inane, si secùs super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. *Et ita & non aliter judicetur.*

§. IV. Non obstantibus Constitutionibus, Ordinationibus Apostolicis, necnon juribus, municipalibus legibus Regnorum prædictorum, pragmaticisque, sanctionibus, ac statu- *Quibuscunque non obstan.*

tis

tis, & conſvetudinibus Civitatum, & locorum quorumcunque dictorum Regnorum, etiam juramentô, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apoſtolicis forſan per nos, ac quoſcunque alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ſub quibuſvis verborum formis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ſeu de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, vel ad ſupplicationem Regum, Ducum, & aliorum Principum conceſſis, & confirmatis, quibus omnibus illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cœteriſque contrariis quibuſcunque.

D.P.A 3. 6. Aug. Datum Romæ apud S. Marcum sub Annulo Piſcatoris, die ſexta Augusti, milleſimô quingenteſimô ſeptuageſimô quartô Annô à Nativitate Domini, Pontificatûs autem Noſtri Annô tertiô.

LXXXI.

Quòd Inquisitores hæreticæ pravitatis, & Locorum Ordinarii, eos, qui ad Presbyteratûs ordinem non promoti, Missas celebrant, vel Sacramentum Pœnitentiæ ministrant, prævia degradatione Curiæ Sæculari debitis ab ea plectendis pœnis tradant.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D. 1601.

ET si aliàs fel: rec: Paulus Papa IV. Prædecessor noster, ad nefariam, & sacrilegam quorundam hominum temeritatem coërcendam, qui cùm ad Sacrum Presbyteratûs ordinem minimè promoti sint, Sacerdotis tamen auctoritatem sibi temerè assumentes, Missarum celebrationem usurpare, & Sacramentum Pœnitentiæ ministrare præsumunt, decreverit hujusmodi delinquentes à Sanctæ Inquisitionis Judicibus tradi debere, Curiæ sæculari debita animadversione puniendos.

Paulus IV cujus Bullam noninveni decrevit ab Inquisitoribus tradendos esse Curiæ sæculari, auctoritatem Sacerdotis usurpantes.

§. I. Et posteà rec: mem: Sixtus Papa Quintus etiam Prædecessor noster

Sixtus V illud innovavit,

sed neque ejus Consti-tut. po sui uti bene hic relatam. ster prædictum Pauli IV. decretum innovari, ac seriò observari mandaverit, eò tamen dictorum hominum prorupit audacia, ut prætextu ignorationis hujusmodi decretum, ac pœnarum, contra ipsos, ut præfertur, inflictarum, illis se minimè subjacere, & obnoxios esse putent, ac propterea se ab eisdem liberari, & absolvi posse prætendant.

Hic modo Pontific: eorum criminis gravitate pensata. §. II. Nos igitur animadvertentes, hujusmodi perditos, & nefarios homines ad sacrum Præsbyteratus ordinem non promotos, *Missarum* celebrationem usurpare præsumentes, non solùm actus idolatriæ saltem extrinsecè, seu per externa, & visibilia Religionis, & pietatis signa exercere, sed etiam quantùm in ipsis est, efficere ut Christifideles, qui credunt eos ordinatos esse, & rite conficere Sacramentum Eucharistiæ, idolatriæ crimen ignoranter incurrant, purum videlicèt Panem, & Vinum, tanquam verum Christi Domini Nostri Corpus, & Sangvinem, eisdem adorandum proponentes. Confessiones autem audi-

audientes, non solùm Sacramenti Pœnitentiæ dignitatem contemnere, verùm etiam Christifideles decipere, dum scilicet iniquè sibi assumunt gradum Sacerdotalem, & auctoritatem absolvendi à peccatis magno cum periculo, & scandalo plurimorum.

Eosdem ab Inquisitoribus vel Ordinariis degradatos Curiæ sæcularis debitis pœnis plectendos tradi decernit.

§. III. Propterea, ut gravissima hæc scelera committentes, posthac debito supplicio puniantur, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac matura deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Sanctæ Inquisitionis Judicum conscientiæ consulere, & ne in futurum de pœna hisce delinquentibus imponenda dubitari possit, providere volentes, supradictorum Prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, hac perpetuò valitura constitutione decernimus, atque statuimus, ut quicunque non promotus ad sacrum Presbyteratus ordinem, repertus fuerit Missarum celebrationem usurpasse, vel Sacramentalem Confessionem audivisse à Judicibus Sanctæ Inquisitionis, vel locorum Ordinariis, tan-

quam

quam Ecclesiæ misericordiâ indignus, à foro Ecclesiastico abjiciatur, & ab ordinibus Ecclesiasticis, si quos habuerit, ritè degradatus, statim Curiæ sæculari tradatur, per Judices sæculares debitis pœnis plectendus.

Contraria tollit

§. IV. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac in Conciliis etiam generalibus editis, etiam in corpore juris clausis. Quibus omnibus, & singulis, illarum tenores pro sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, specialiter, & expressè derogamus, cœterisque contrariis quibuscunque.

Hanc Constitut: publicari præcipit

§. V. Ut autem hujusmodi Constitutionis ignorantia de cœtero allegari, aut prætendi nunquam possit, atque præsentes litteræ omnibus innotescant, volumus illas ad valvas S. Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Urbe Basilicarum, & in acie Campi Floræ more solito publicari, & affigi, atque iis inde amotis earundem exempla, etiam impressa, ibi affixa relinqui, factaque hujus-

hujusmodi publicatione, omnes qui in Urbe post mensem, qui verò extra eam, & citra Montes, post quatuor menses, qui demum ultrà Montes fuerint, post decem menses à die publicationis præsentium computandos afficere, & arctare, ac si eorum cuilibet personaliter intimatæ fuissent.

§. VI. Ac præterea mandamus earundem præsentium litterarum exemplis, etiam impressis, & manu Notarii publici subscriptis, & Sigillô Officii Sanctæ Romanæ Inquisitionis, vel alicujus personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus fidem haberi, quæ hisce præsentibus haberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Transumptis illius credi mandat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris die prima Decembris 1601. Pontificatûs Nostri Annô decimô. D. P. Anno 10. 1. Decem.

Anno à Nativitate Domini 1601. Indictione 14. die verò 5. mensis Decembris Pontificatus Sanct. ssimi in Christo Patris & D. N. D. Clementis Divina Providentia Papæ Octavi, Anno ejus 10. supradi-

prædicta Constitutio fuit affixa ad valvas S. Joannis Lateranen: & Principis Apostolorum de Urbe Basilicarum, & in acie Campi Floræ, ut moris est, per me Hieronymum Lutium SS. D. N. Papæ Cursorem.

LXXIX.

Ampliatio Constitutionis à Clemente VIII. contra non promotos ad sacrum Presbyteratûs ordinem, Sacramentales Confessiones audientes, aut Missam celebrantes, Curiæ sæculari prævia degradatione tradendos editæ, ad omnes etiam minores viginti quinque annis, dummodò vigesimum ætatis annum compleverint.

Edita A. D. 1627. URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. APostolatûs officium, cui meritis licet imparibus, disponente Deo præsidemus, à Nobis postulat, quantùm Nobis ex alto conceditur, delinquendi fiduciam compescamus in iis præsertim, quorum eò sacrilega processit audacia, ut se beneficio minoris ætatis, spretis Apostolicis Con-

stitu-

ſtitutionibus, confoveant in delictis, quorum ſtatutis pœnis ſe idcirco jactant minimè ſubjacere.

§. I. Aliàs ſiquidem à felicis recordationis Clemente Papa VIII. Præ deceſſore noſtro emanarunt litteræ tenoris ſubſequentis, videlicet: Clemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Et ſi alias fel: rec: Paulus Quartus, ut ſupra *pag*: 80.

Clemens VIII. edidit Conſtit: 81. ſupra pag: 65.

§. II. Cum itaque, ſicut accepimus, nonnulli privilegio minoris ætatis nimis temere confiſi, & legum indulgentia freti, pœnas à dicta Clementis Prædeceſſoris Conſtitutione in hujuſmodi delinquentes ſtatutas parvipendere præſumant.

Nonnulli in minori ætate pœnas in dicta Conſtitut: inflict: parvipendunt.

§. III. Nos deteſtantes, & quantùm in Nobis eſt, cohibere volentes impiam, & nefariam horum temeritatem, qui atrociſſimo hoc ſcelere Catholicam veritatem, quæ ſolos Presbyteros dictorum Sacramentorũ eſſe Miniſtros docuit, facto impugnant, negotio hujuſmodi in Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali-

Quare Pontifice declarat ætati viginti quinque annor: non excuſati dummodo 20. annos compleverint.

um generalium Inquisitorum coram Nobis habita, maturè discussô, inhærentes Constitutioni prædictæ, aliisque decretis per fel: rec: Paulum IV. & Sixtum V. Romanos Pontifices Prædecessores nostros contra similia perpetrantes editis, eaque etiam ad effectum prædictum matura deliberatione, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine ampliantes, & extendêtes hac nostra perpetuo valitura Constitutione statuimus, & decernimus, ut de coetero perpetuis futuris temporibus, qui in posterum ad Sacrum Presbyteratus Ordinem non promotus, Missam celebrare, aut Sacramentalem Confessionem audire præsumpserit, ætate minor annis vigintiquinque non excusetur, quominus eidem Clementis Constitutioni subjiciatur, dummodò vigesimum suæ ætatis annum compleverit.

Sicque delinquentes Regulares Curiæ seculari plectendos

§. IV. Ipseque non promotus sic delinquens, nulla habita consideratione præfatæ minoris ætatis, sive Laicus, sive Clericus sæcularis, aut cujusvis Ordinis, Congregationis, Societa-

cietatis, etiam de necessitate exprimendæ, regularis, aut cujusvis alterius instituti, etiam quantumvis exempti, & privilegiati, Nobisque, & Apostolicæ Sedis immediatè subjecti, necnon Militiarum quarumcunque, etiam S. Joannis Hierosolimitani fuerit, tradatur Curiæ sæculari pœnis debitis plectendus. tradi mandat.

§. V. Sicque, & non aliter per quoscunque Sanctæ Inquisitionis Judices, & Inquisitores, etiam generales Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & locorum Ordinarios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & deffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Quocirca omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, quatenus statutum, decretum, & Constitutionem hanc no- Ita judicari decernit.

ſtram inviolabiliter obſervent, & obſervari faciant.

Contrariis derogat. §. VI. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac in Conciliis, etiam generalibus editis, etiam in corpore Juris clauſis, necnon Legibus, Statutis, Decretis, conſvetudinibus, & privilegiis ad favorem minorum vigintiquinque annis, quomodolibet, & ubicunque locorum editis, ac aliàs in ipſorum favorem facientibus, Apoſtolica etiam confirmatione, ac juramento, ſeu quavis firmitate alia roboratis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenore præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cœteriſque contrariis quibuſcunque.

Hanc Conſtit: juxtà formam Clemens VIII. publicari præcipt §. VII. Volumus autem, harum litterarum publicationem, & affixionem fieri juxtà formam in prædicta Clementis Conſtitutione præſcriptam easque publicatas, & affixas omnes intra Urbem, & extra, tàm citra, quàm ultra Montes, & Mare, poſt tempus

in

in ipsa Clementis Constitutione præfixum arctare, & afficere, ac si cuilibet personaliter intimatæ fuissent.

§. VIII. Mandamus pariter, ut earundem transumptis, etiam impressis, manuque Notarii publici subscriptis, & Sigillô Officii Sanctæ Romanæ Inquisitionis, vel alicujus personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem, quæ præsentibus hisce adhibetur fides, adhibeatur. Transumptis, fidem jubet.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulô Piscatoris, die 23. Martii 1628. Pontificatûs Nostri Annô quintô. D.P.A.5 die 23. Martii.

Anno à Nativitate D. N. JESU Christi millesimo sexcentesimo vigesimo octavo, Indictione undecima, die vero decima Septembris, Pontificatus in Christo Patris D. N: D. Urbani Divina Providentia Papæ VIII. Anno ejus sexto, retroscriptæ Litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicarum Sancti Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ, dimissis præsentibus

Litteris per aliquantulum temporis spatium, ùt morès est, affixis, ac deinde amotis, postea earundem exempla etiam impressa, & affixa relicta fuerunt per nos Franciscum Pignocatum, & Camillum Fundatum Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores.

XVII.

Contra exercentes artem Astrologiæ judiciariæ, & alia quæcunque divinationum genera, librosque legentes, vel tenentes.

Edita A. D. 1585.

SIXTUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Multa Mala proveniunt ex arte Astrologiæ iudiciariæ, Magicæ, Negromantiæ & similium.

CÆLI, & Terræ Creator DEUS, quem unum Omnipotentem corde credimus ad justitiam, & ore confitemur ad salutem, & si homini, quem ad imaginem, & similitudinem suam creavit, mentem dederit, quæ non solùm Divino Fidei lumine illustrata mysteria illa cognosceret, quæ humanam intelligentiam superant, sed etiam naturæ suæ vi, magno licèt cum labore, præclara multa investigaret

garet, atque intelligeret, tamen ut superbum animal homo non altum saperet, sed timeret, & immensam Conditoris sui majestatem humi stratus veneraretur, sibi soli eorum, quæ eventura sunt, scientiam, & futurarum rerum cognitionem reservavit. Solus enim ipse, cujus oculis omnia nuda; & aperta sunt, & ad intimas hominum cogitationes penetrat, & consequentes eorum actiones intuetur, solus ipse, qui vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt, omnia præsentia, & ante oculos posita habet, solus denique omnia, & singula quæcunque totius temporis decursu, & sæculorum ætatibus futura sunt, ab omni æternitate novit, & admirabili providentia dispofuit, quæ non modò humanæ mentis imbecillitas ignorat, sed nec dœmones ipsi præsentire possunt. Quare idolorum in futuris annunciandis falsitatem, & imbecillitatem, & eorum, qui eis cultum adhibebant, vanitatem irridet Spiritus Sanctus apud Isaiam illis verbis: Annunciate, quæ ventura sunt in futurum, & sciemus, quia Dii estis vos, & in novo Testamento Christus Dominus discipulorum suorum de futuris eventibus

bus paulò cupidiùs inquirentium, interrogationem gravi illa responsione retudit, qua etiam omnium fidelium suorum curiositatem coërcuit: Non est vestrum scire tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate. Nec verò ad futuros eventus, & fortuitos casus prænoscendos (futuris eventibus ex naturalibus causis necessario, vel frequenter provenientibus, quæ ad divinationem non pertinent, dumtaxat exceptis) ullæ sunt veræ artes, aut disciplinæ, sed fallaces, & vanæ, improborum hominum astutiâ, & dœmonum fraudibus introductæ, ex quorum operatione, consilio, vel auxilio omnis divinatio dimanat, sive quod expresse ad futura manifestanda invocentur, sive quod ipsi pravitate sua, & hodie in genus humanum, occultè, etiam præter hominis intentionem se ingerant, & intrudant vanis inquisitionibus futurorum, ut mentes hominum perniciosis vanitatibus, & fallaci contingentium prænunciatione implicentur, & omni impietatis genere depraventur. Quæ quidem ipsis cognita sunt, non divinitate aliqua, nec vera futurarum rerum scientia, sed naturæ subtilioris acumine, &

aliis

aliis quibusdam modis, quos hominum obtusior intelligentia ignorat. Quamobrem dubitandum non est, in hujsmodi futurorum contingentium, & fortuitorum eventuum inquisitione, & præcognitione, diaboli operationem se fallaciter immiscere, ut sua fraude, ac dolis, miseros homines à via salutis avertat, & laqueo damnationis involvat. Quæ cum ita sint, nonnulli hæc fideliter, & religiosè, ut debent non attendentès, sed curiosa sectantes, graviter Deum offendunt, errantes ipsi, & alios in errorem mittentes, tales in primis sunt Astrologi olim Mathematici, Genethliaci, & Planetarii vocati, qui vanam, falsamque syderum, & astrorum scientiam profitentes, divinæque dispositionis ordinationem, suo tempore relevandam prævenire audacissimè satagentes, hominum nativitates, seu genituras, ex motu syderum, & astrorum cursu metiuntur, ac judicant futura, sive etiam præsentia, & præterita occulta, atque ex puerorum ortù, & natali die, sive quavis alia temporum, & momentorum, vanissima observatione, & notatione, de uniuscujusque hominis statu, conditione, vitæ cursu, honoribus, di-

vitiis

vitiis, ſobole, ſalute, morte, itineribus, certaminibus, inimicitiis, carceribus, cædibus, variis diſcriminibus, aliiſque proſperis, & adverſis caſibus, & eventibus præcognoſcere, judicare, & affirmare temere præſumunt, non ſine magno periculo erroris, & infidelitatis; cùm Sanctus Auguſtinus præcipuum Eccleſiæ lumen, eum; qui hæc obſervat, qui attendit, qui credit, qui in domum recipit, quî interrogat, Chriſtianam Fidem, & Baptiſmum prævaricaſſe affirmet, ut illos meritò Apoſtolus arguat, atque increpet illis verbis: Dies obſervatis, & menſes, & tempora, & annos, timeo vos, ne forte ſine cauſa laboraverim in vobis. Hi igitur leviſſimi & temerarii homines in miſerandam animarum ſuarum ruinam, grave fidelium ſcandalum & Chriſtianæ Fidei detrimentum, futuros rerum eventus, & quæcunque proſperè, vel adversè obventura ſunt, ac actus humanos, ea denique, quæ ex libera hominum voluntate proficiſcuntur, aſtris, ſyderibuſque adſcribunt, eiſque eam facultatem, vim, ſeu virtutem, & efficaciam tribuunt ſignifican-

di

di futura, & ad præcognita ità inclinandi, ut sic omninò nec aliter eventura sint, atque ob eam causam de iis rebus omnibus judicia facere, prognostica, prædictiones, & præcognitiones sibi assumere, & palàm venditare non dubitant: quibus pauci rudes, & imperiti, aliique nimis creduli, & imprudentes tantam fidem præstant, ut ex hujusmodi judiciorum, & prædictionum, præscripto, aliquid certò esse credant, aut sperent, quorum sanè, & mendacium magistrorum temeritas, & infelicium discipulorum credulitas magnopere deploranda est, qui vel divinis litteris admoniti non intelligunt hominis præstantiam, cui Cœli, & Stellæ, & clarissima Cœli sydera, Sol, & Luna; Deo ità disponente, non imperant, sed inserviunt, sic enim Moyses Populum Dei, ut hunc errorem caveret, præmonebat. Nè fortè elevatis oculis ad Cœlum, videas Solem, & Lunam, & omnia astra Cœli, & errore deceptus adores ea, & colas, quæ creavit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus, quæ sub Cœlo sunt. Sed quid sydera mirandum est homini servire? nonne nobilissimæ intelligentiæ Angeli ipsi, sunt administratorii

spiri-

ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis? Nam rationales oves ita diligit Deus, ut non ſolum Epiſcopos, quemadmodum à Sancto Ambroſio ſcriptum eſt, ad tuendum gregem ordinaverit, ſed etiam Angelos deſtinaverit. Præclare etiam Sanctus Hieronymus: *Magna dignitas animarum, ut unaquæque habeat ab ortu nativitatis in cuſtodiam ſui Angelum delegatum.* Quodſi Angeli homines cuſtodiunt, quid adverſus Angelorum cuſtodiam, & tutelam aſtra moliri, aut efficere poterunt, quæ cum ipſis Angelis nullo modo ſint comparanda? Nec ſane hoc loco prætereunda eſt eximii Eccleſiæ Doctoris, & Beatiſſimi Pontificis Magni Gregorii ſententia, qui Priſcillianiſtas hæreticos unumquemque hominem ſub conſtitutionibus Stellarum naſci putantes, magno rerum, & verborum pondere confutat. Abſit, inquit, à fidelium cordibus, ut aliquid eſſe fatum dicant, vitam quippe hominum ſolus hic Conditor, qui creavit, adminiſtrat, neque enim propter ſtellas homo, ſed ſtellæ propter homines factæ ſunt, etſi ſtella fatum hominis eſſe dicitur, ipſis ſuis miniſteriis ſu-

besse homo perhibetur. Utinam insani homines hæc saperent, & intelligerent, ac Dei monitis obtemperarent in Levitico dicentis: Non declinetis ad Magos, nec ab Ariolis aliquid sciscitemini, ut polluamini per eos. Neque enim, quæ Christiana, & vera pietas repellit, ac damnat, tantô studiô investigarent, iisdemque miserè se decipi, atque irretiri paterentur. Sunt etiam inanes quidam homines, & curiosi, vel impii, & irreligiosi, qui futurarum, & occultarum aliarum rerum notitiam adeò anxiè habere student, ut ob eadem prænoscenda, & investiganda in divinæ legis offensionem multipliciter incurrant. Alii enim Geomantiæ, Hydromantiæ, Acromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, aliisque sortilegiis, & superstitionibus, non sine Dœmonum saltem occulta societate, aut tacita pactione, operam dare, seu illis, ac sortibus illicitis taxillorum, granorum triticeorum, vel fabarum jactu uti non verentur. Alii verò aliquas pristinæ, & antiquatæ, ac per Crucis victoriam prostratæ Idolatriæ reliquias retinentes, quibusdam auguriis, auspiciis, similibusque signis, & vanis observationi-

bus

bus ad futurorum divinationem intendunt. Alii autem sunt, qui cum morte fœdus ineunt, & pactum faciunt cum Inferno, qui similiter ad occultorum divinationem, ad inveniendos thesauros, vel ad alia facinora perpetranda, etiam expressa cum diabolo pactione facta, in manifestam suarum perniciem animarum, nefarias magicæ artis incantationes, instrumenta, & veneficia adhibent, circulos, & diabolicos characteres describunt, Dœmones invocant, aut consulunt, ab eis responsa petunt, aut accipiunt, eis preces, & thuris, aut aliarum rerum suffimenta, seu fumigationes, aliave sacrificia offerunt, candelas accendunt, aut rebus sacris, vel Sacramentis, aut Sacramentalibus sacrilegè abutuntur, adorationis genuflexionis, aut quævis alia impietatis obsequia præstant, cultum, venerationemve tribuunt, aut annulum, vel speculum, aut parvas phyalas sibi fabricant, aut fabricari curant ad Dœmones in eis alligandos, seu includendos, ut putant, ad responsa ab ipsis inde petenda, aut habenda. Alii præterea etiam in corporibus obsessis vel lymphaticis, & phanaticis mulieribus Dœmones, de futuris, vel occultis rebus

aut factis exquirunt, ut meritò ab eis, quos Dominus in Evangelio tacere imperavit, vanas, mendacesque referant responsiones. Alii quoque præstigiatores, frequentiùs verò mulierculæ quædam superstitionibus deditæ in phyalis, seu vasculis vitreis aqua plenis, vel in speculo accensis candelis, etiam benedictis, sub nomine Angeli Sancti, & Albi, diabolum omnium malorum satorem supplices adorantes, vel in ungvibus, aut palma manus, quandoque etiam oleò perunctis eundem omnium fallaciarum Architectum orant, ut similiter futura, vel occulta quævis spectra, & apparentes imagines, seu phantasticas visiones sibi ostendat, aut ab eodem patre mendacii diabolo aliis incantationibus, aut variis superstitiosis observationibus, futurorum, & occultorum hujusmodi veritatem quærunt & hominibus prædicere contendunt Quorum omnium, quos supra enumeravimus consimilis impietas pravum exitum habet, nimirum quod Dœmonis præstigiîs, ac dolîs, tum qui divinat, tum qui divinationem expetunt illusi, ac delusi miserrimè reperiuntur. Itaque cum futuros eventus in seipsis considerare antequam fiant, sit Dei pro-

proprium, illud necessario consequitur, ut Astrologi, & alii prædicti, qui hujusmodi futura prænunciare, aut prænoscere quôcunque modô, nisi Deo revelante, audent, injustè, atque impudenter, quod Dei est sibi assumant, & usurpent. Sic fit, ut dùm ab eis, quod solius est Creatoris perperam creaturis tribuitur, Divina Majestas graviter lædatur, fidei integritas violetur, & animabus pretioso Christi sangvine redemptis, pestis, atque exitium importetur.

Ordinariis ideo jussum fuit, ut ejusmodi artes, & libros extirparent, sed extirpatio perfecta non fuit.

§. II. Et licèt jampridem regulis Indicis Librorum prohibitorum ex Decreto sacri generalis Tridentini Concilii confecti, illud inter cœtera constitutum fuerit, ut Episcopi diligenter providerent, ne hujusmodi Astrologiæ judiciariæ libri, tractatus, & indices legerentur, vel haberentur, qui de futuris contingentibus successibus, fortuitisve casibus, aut iis actionibus, quæ ab humana voluntate pendent certò aliquid eventurum affirmare audent, permissis tamen judiciis, & naturalibus observationibus, quæ navi-

navigationibus, agriculturæ, sive medicæ artis juvandæ gratiâ conscripta, fuissent. Libros verò omnes, & scripta Geomantiæ, Hydromantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, sive in quibus continentur sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, incantationes artis magicæ, prorsùs rejici, & aboleri curarent. Non tamen errorum corruptelarum, & abusuum prædictorum, extirpationi usque adeò provisum est, quin etiam adhuc in nonnullis locis, apud plurimos curiosius vigeant, cùm valdè frequentèr detectis diaboli insidiis, divinationum, sortilegiorum, & variarum superstitionum omnia, plena esse in dies detegantur.

§. III. Nos, igitur, qui pro nostro Pastoralis officii munere fidei integritatem inviolatam conservare debemus, & animarum saluti prospicere, quantùm divinâ gratiâ adjutrice possumus, ex paternæ chatitatis visceribus optamus, damnantes, & reprobantes omne genus divinationum, quæ diabolo auctore ad Fidelium deceptionem à prædictis curiosis, vel perditis homi-

Hic itaque Pontifex Astrologos judiciarios Mathematic. Divinatores, & cæter. ab Ordinariis, & ab Inquisitoribus severe coercere mandat.

hominibus fieri solent. Cupientes præterea sanctam illam Christianæ Religionis simplicitatem, præsertim ubi agitur de summa Creatoris Dei potestate, sapientia, & providentia, ab omni erroris labe, integram, atque incorruptam, ùt par est, retineri. Volentes quoque prædicta falsæ credulitati, ac hujusmodi illicitarum divinationum, & superstitionum, detestabili studio, & execrandis flagitiis, atque impuritatibus occurrere, ut de Christiano populo meritò dici possit, quod de antiquo Dei populo scriptum est: Non est augurium in Jacob, neque divinatio in Israel. Hac perpetuò valitura Constitutione, Apostolica auctoritate statuimus, & mandamus, ut tam contra Astrologos, Matematicos, & alios quoscunque dictæ judiciariæ Astrologiæ artem, præterquàm circa agriculturam, navigationem, & rem medicam in posterum exercentes, aut facientes judicia, nativitates hominum, quibus de futuris contingentibus, successibus, fortuitisque casibus, aut actionibus ex humana voluntate pendentibus aliquid eventorum affirmare audent, etiamsi id se non certò affirmare asserant, aut protestentur, quàm contra alios

utriuſ-

utriusque sexûs, qui supradictas damnatas, vanas, fallaces, & perniciosas divinandi artes, sive scientias exercent, profitentur, & docent, aut discunt, quive hujusmodi illicitas divinationes, sortilegia, superstitiones, veneficia, incantationes, ac præmissa detestanda scelera, & delicta, ut præfertur, faciunt, aut in eis se quomodolibet intromittunt, cujuscunque dignitatis, gradûs, & conditionis existant, tam Episcopi, & Prælati Superiores, ac alii Ordinarii locorum, quàm Inquisitores hæreticæ pravitatis ubique gentium deputati, etiamsi in plerisque ex his casibus anteà non procedebant, aut procedere non valebant, diligentius inquirant, & procedant, atque in eo severius Canonicis pœnis, & aliis eorum arbitrio animadvertant.

§. IV. Prohibentes omnes, & singulos libros, opera, & tractatus hujusmodi judiciariæ Astrologiæ, Geomantiæ, Hydromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, Artis Magicæ, aut in quibus sortilegia, veneficia, auguria, auspi- *Librosque harum artium retineri vetat.*

cia, execrabiles incantationes, ac superstitiones continentur, ac ut supra in memorato Indice interdictos, sub censuris, & pœnis in eo contentis à quibuscunque Christi fidelibus legi, aut quomodolibet retineri, sed illos Episcopis, & Ordinariis locorum, vel Inquisitoribus prædictis præsentari, & consignari debere. Et nihilominùs eadem auctoritate statuimus, & mandamus, ut contra scienter legentes, aut retinentes libros, & scripta hujusmodi, seu in quibus talia continentur, similiter iidem Inquisitores libere, & licitè procedant, ac procedere, & pœnis condignis punire, & coërcere possint.

Clausulæ derogatoriæ. §. V. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cœterisque contrariis quibuscunque.

Jussio publican: in Urbe. §. VI. Ut autem præsentes nostræ Literæ ad communem omnium notitiam faciliùs deducantur, jubemus illas in valvis Basilicarum S. Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Urbe, ac in acie Campi Floræ affi-

affigi, ſeu appendi, eiſque detractis, ipſarum exempla etiam impreſſa eiſdem in locis affixa relinqui.

§. VII. Et inſuper univerſis, & ſingulis Venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Locorum Ordinariis, & Prælatis, necnon Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis ubilibet conſtitutis, per hæc committimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, ut per ſe, vel alium, ſeu alios eaſdem præſentes Literas, poſtquàm eas receperint, ſeu earum notitiam habuerint in ſuis, & ſingulis Parochialibus Eccleſiis, dum in eis populi multitudo ad Divina convenerit; deindè verò ſemel in anno, & quoties eis expedire videbitur, vulgari ſermone publicari faciant. Ea Extra

§. VIII. Quia verò difficilè foret præſentes Literas ad ſingula quæque loca, inquibus de eis fides facienda erit deferri, volumus, ut earum tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, ac parvo Sigillo Sanctæ Romanæ, & univerſalis Fides exemplorum.

Inquisitionis, aut alicujus Prælati, vel Curiæ Ecclesiasticæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extrà ubique locorum adhibeatur, quæ eisdem originalibus literis adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo &c.

D.P.A. I. 5. Januarii. Datum Romæ apud S. Petrum, Annô Incarnationis Dominicæ millesimô quingentesimô octogesimô quintô, Nonis Januarii, Pontificatûs Nostri Annô primô.

Anno à Nativitate Domini 1586. Indictione 14. die vero 9. mensis Januarii, Pontificatus SS. D. N. D. Sixti Divina Providentia Papæ V. Anno secundo, retroscriptæ Literæ Apostolicæ, affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt in valvis, seu portis S. Joannis Lateranensis, & Sancti Petri Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, & aciei Campi Floræ, & per aliquod temporis spatium dimissæ per nos Joannem Freilæ, & Nicolaum Tagliettum SS. D. N. PP. Cursores. Alexander Parabiacus Magister Curs.

IV.

IV. aliàs CXIII.

Contra Aſtrologos Judiciarios, qui de ſtatu Reipublicæ Chriſtianæ, vel Sedis Apoſtolicæ, ſeu Vita Romani Pontificis, aut ejus conſangvineorum Judicia facere, necnon eos, qui illos deſuper conſulere præſumpſerint, cum innovatione ſimilis Conſtitutionis Sixti Papæ V.

URBANUS EPISCOPUS Edita A. D. 1631.

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

INſcrutabilis Judiciorum Dei altitudo non patitur, ut humanus intellectus tenebroſo corporis carcere conſtrictus, ſuper aſtra ſe extollens, arcana in ſinu Divino recondita, & ipſis beatiſſimis Spiritibus ignota, nefaria curioſitate, non ſolùm explorare, ſed etiam tanquam explorata in Dei contemptum, Reipublicæ perturbationem, & Principum periculum arroganti, & pernicioſo exemplo venditare præſumat. Proemium.

§. I. Hinc eſt, ut quamvis civilibus, canoniciſque ſanctionibus, ac noviſ- Cauſa hujus Conſtitutionis.

novissimè fel: rec: Sixti Papæ V. Prædecessoris nostri Constitutione desuper edita Astrologorum, Mathematicorum, Vaticinatorum, & aliorum, qui eventura divinare, seu prædicere audent, quosque uti homicidas, & maleficos antiquitas æstimavit, illorum potissimum, qui de summa Reipublicæ, vel Principis salute judicia ferre præsumerent, ars, professio, sive exercitium gravibus pœnis inhibita esse noscantur. Attamen, sicut accepimus, nonnulli iniquitatis filii propriæ pusillitatis obliti, ac lenitate forsan, vel conniventiâ audentiores facti, vanamque fatidicorum æstimationem aucupantes, in deplorandam animarum suarum perditionem, graveque Christi fidelium scandalum, etiam de Reipublicæ, & Principum incolumitate, illis sollicitudinem, hominibus verò inquietis rerum novandarum occasionem ea ratione inferre satagentes, prognostica, & prædictiones verbo, vel etiam scripto edere non erubescunt.

Sanctio Con. §. II. Nos itaque perniciosis hujus-

jusmodi abusibus quantùm nobis ex alto conceditur obviam ire, ac quos Dei respectus in officio non continet pœnarum gravitate, & severioris disciplinæ freno coërcere volentes Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine Constitutionem per præfatum Sixtum Prædecessorem desuper, ut præfertur, editam, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò approbamus, confirmamus, & innovamus. stitutionis Sixti V.

§. III. Et insuper omnibus, & quibuscunque Laicis cujuscunque sexûs, conditionis, statûs, gradûs, qualitatis, & dignitatis, etiam Marchionalis, vel Ducalis existentibus, qui de statu Reipublicæ Christianæ, vel Sedis Apostolicæ, sive de vita, aut morte Romani Pontificis pro tempore existentis, ejusque usque ad tertium gradum inclusivè consangvineorum Mathematicos, Ariolos, Aruspices, Vaticinatorèsve nuncupatos, vel alios Astrologiam judicariam exercentes, seu aliàs quomodolibet profiten- Contraventiones, & contravenientium Laicorum pœna

ſitentes de cœtero conſuluerint, ſive deſuper eorum judicia, prognoſtica, prædictiones, ſeu præcognitiones, etiam ſibi oblatas receperint, illiſve quomodolibet uſi fuerint, vel illas penès ſe ſcientèr retinuerint, aut alicui oſtenderint, necnon iiſdem Mathematicis, Ariolis, Aruſpicibus, Vaticinatoribus, ſive aliis Aſtrologiam judiciariam, ſeu quamlibet artem divinatoriam quomodolibet profitentibus, qui Judicia, Prognoſtica, ſeu præcognitiones, & prædictiones ſuper præmiſſis, etiamſi id non certò ſe affirmare proteſtentur, fecerint, ſive à ſe, vel ab aliis jam facta, ſeu factas impoſterum penès ſe ſimiliter retinuerint, vel alicui dederint, ſeu oſtenderint, aut de eis quovis modo etiam improbando, ſcripto, vel verbis tractaverint, nedum excommunicationis majoris latæ ſententiæ, ſed etiam uti læſæ Majeſtatis reis, ultimi ſupplicii, ac confiſcationis omnium bonorum ſuorum, etiam Romanæ Curiæ officiorum, ac devolutionis, quarumcunque Civitatum, Caſtrorum, & locorum juriſdictionalium, & fœudalium.

§. IV. Clericis quoque, & Presbyteris, aliiſque Perſonis Eccleſiaſticis, tam ſæcularilari-

laribus, quàm cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, seu Instituti, vel Militiarum quarumcunque, etiam Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, aliisque quomodolibet exemptis, ac Nobis, & Apostolicæ Sedi immediatè subjectis, Regularibus utriusque sexûs, ultra prædictas, etiam privationis beneficiorum, & dignitatum, ac officiorum Ecclesiasticorum, etiam Monasteriorum Prioratuum, & Præceptoriarum, ac aliorum quorumcunque, & inhabilitatis perpetuæ ad illa inposterum obtinenda, ità quòd illæ Personæ Ecclesiasticæ prævia illarum degradatione Curiæ sæculari tradantur puniendæ, in Episcopali verò, Archiepiscopali, Metropolitana, Primatiali, Patriarchali, aut quacunque alia etiam superiori Ecclesiastica, vel mundana quantùmvis sublimi, excellente, & speciali nota digna, etiam suprema constitutis dignitate, easdem excommunicationis, ac privationis etiam regiminis, & administrationis Ecclesiarum, aliorum quorumcunque beneficiorum, & dignitatum quantum-

Penæ Clericorum quorumcunque, quantumvis qualificatorum.

tùmvis amplissimarum, & Patriarchalî majorum, ac officiorum suorum, & inhabilitatis pœnas ipso facto incurren: Apostolica auctoritate tenore præsentium infligimus, & imponimus.

Judicium deputatio, tam in Urbe, quam extra.

§. V. Cognitionem autem causarum hujusmodi quoad personas Ecclesiasticas, tam sæculares, quàm Regulares, in Urbe nostra, & illius districtu ad dilectos filios nostrum in eis Vicarium in spiritualibus generalem, necnon ejusdem Urbis Gubernatorem, ac Causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Auditorem Generalem, & eorum quemlibet insolidum, extrà verò Urbem, & districtum prædictum in Provinciis, Nobis, & Apostolicæ Sedi subjectis ad S. R. E. Cardinales in eisdem Provinciis de Latere Legatos, & Prolegatos, ac Præsides in dignitate Ecclesiastica constitutos pro tempore existentes, in aliis verò omnibus, & singulis Provinciis, Regnis Civitatibus, Oppidis, Castris, & locis tam sub nostra, & dictæ Sedis, quàm cujusvis alterius Principis ditione

com-

comprehensis, privativè quoad omnes etiam Superiores Religiosorum, ipsisqueSuperioribus penitùs exclusis ad Ordinarios locorum, ubilibet verò locorum, etiam ad hæreticæ pravitatis Inquisitores spectare volumus.

§. VI. Mandantes dilectis filiis nostris, & dictæ Sedis de Latere Legatis, & eorum Vicelegatis, & Præsidibus predictis nunc, & pro tempore existentibus, necnon Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis singulis, videlicèt in suis Civitate, & Dioecesi, & quoad loca intra fines alicujus Dioecesis, non tamen de Dioecesi existentia ipsarum Dioecesum, intra quarum fines eadem loca extiterint, quò verò ad ea, quoe extra fines alicujus Dioecesis consistunt, viciniotibus eorundem locorum Ordinariis, ac etiam Inquisitoribus prædictis, quatenus ad instantiam cujusvis Fisci, vel denunciatoris, ac etiam ex eorum officio causarum hujusmodi cognitiones suscipientes, præ via etiam avocatione à quibusvis aliis suprà non expressis, nec à Nobis speciali- Demandatio cognitionis Causarum hujusmodi

ciali-

cialiter delegatis in causis ipsis modo præmisso procedant omnibus juris, & facti remediis opportunis, invocato etiam auxilio brachii sæcularis.

Inhibitio, & pena contra turbantes, vel non obedientes Judicibus prædictis.

§. VII. Inhibentes insuper Decanis, & Capitulis Ecclesiarum Cathedralium Metropolitanarum, & Patriarchalium, necnon quorumvis Ordinum, & locorum Regularium, Societatum, & Institutorum, ac etiam Hospitalis prædictorum Superioribus Conventibus, & Fratribus quantùmvis exemptis, ne sub privationis beneficiorum, & officiorum quorumcunque per eos respectivè obtentorum, ac similiter inhabilitatis ad alia in futurum obtinenda, vocisque activæ, & passivæ, necnon excommunicationis latæ sententiæ eo ipso incurrendis pœnis Ordinarios locorum, necnon Legatos, seu Vicelegatos, aliosque prædictos in causis hujusmodi procedentes quoquomodo impedire, molestare, seu perturbare audeant, vel præsumant, ac etiam mandantes, ut quoties ad id fuerint requisiti, Religiosos ipsos, etiamsi ali-

cujus loci Regularis Superiores actu fuerint, Ordinariis, Legatis, seu Vicelegatis, ac aliis prædictis, seu quibus iidem mandaverint, consignent cum scripturis, & actis, si quæ facta fuisse reperiantur.

§. VIII. Sicque & non aliter in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, Delegatos, & Commissarios ac etiam Cameræ Apostolicæ Clericos, Præsidentes, necnon Causarum Palatii Apostolici, & Curiæ ejusdem Cameræ generales Auditores, ac S. R. E. Camerarium, & alios Cardinales, etiam de Latere Legatos, necnon Vicecamerarium, sublata eis, & eorum cuilibet quavis alitèr judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate ubique judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignorantèr contigerit attentari decernimus. Decretum irritans.

§. IX. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon nostra in numero septuagesimo, & aliis Cancellariæ Apo- Contrariorum derogatio.

postolicæ Regulis, ac Provinciarum, Regnorum, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Locorum, Ecclesiarum, Monasteriorum, Militiarum, Hospitalium, etiam S. Joannis prædictorum, aliorumque Religiosorum, & piorum locorum, etiam juramentô, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consvetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis eisdem Provinciis, Regnis, Civitatibus, Terris, Oppidis, Locis, Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, & Militiis prædictis, & aliis piis locis, ac illorum Universitatibus, Capitulis, Superioribus, & personis in contrarium forsan quomodolibèt concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro expressis habentes illis, aliàs in suo robore permansuris hac vice duntaxat

specia-

specialiter, & expressè harum serie derogamus, cœterisque contrariis quibuscunque.

§. X. Volumus autem, quod præsentes litteræ in valvis Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, necnon in acie Campi Floræ publicentur, & affigantur, quæ postquàm sic affixæ, & publicatæ fuerint, quoscunque tam in statu nostro temporali, quàm extra eum, ubique locorum perindè arctent, & afficiant, ac si unicuique nominatim, & personaliter intimatæ fuissent. Publicationes in Urbe omnes arctare vult.

§. XI. Quòdque earum exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillô alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra, ubique adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Transumptorum fides.

§. XII. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, innovationis, inflictionis, impositionis, inhibi- *Sanctio pœnalis.*

hibitionis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum Ejus se noverit incursurum.

D.P.A.8 dier. Aprilis. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Annô Incarnationis Dominicæ millesimô sexcentesimô trigesimô primô, Kalendas Aprilis, Pontificatûs Nostri Annô octavô.

In Dei Nomine Amen. Anno à Nativitate Domini Nostri JEsu Christi millesimo sexcentesimo trigesimo primo, die vero decima mensis Aprilis, Indictione decima quarta, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Urbani Divina Providentia Papæ Octavi Anno ejus octavo, supradictæ Litteræ Apostolicæ præsentatæ, & affixæ fuerunt ac dimissis copiis ad Basilicas Ecclesiarum S. Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum Urbis, & in Cancellaria Apostolica, in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per nos Augustinum de Bolis, & Joannem Radicam

SS.

SS. D. N. *Papæ Curſores. Matthias Spada Magiſter Curſorum.*

XLII.

Quod Itali extra Italiam non habitent in locis, ubi liber, & publicus cultus, ſive uſus Catholicæ Religionis non exiſtat.

CLEMENS PAPA VIII. Edita A. D. 1596.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUm ſicut non ſine magno animi noſtri dolore accepimus, quamplures Chriſtifideles ex diverſis Italiæ partibus, eorum patriis, ubi vera, & Sancta, Catholica, & Apoſtolica Religio viget, & publicè prædicatur, diſcedentes, abeant in longinqua loca, ubi non ſolum hæreſes impunè graſſantur, ſed quod pejus eſt, Catholicæ Religionis uſus publicè interdicitur, & prohibetur, quo fit, ut perſonæ ibi permanentes, etiamſi Catholicæ ſint, cogantur tamen contra eorum pia deſideria, Sacroſanctæ Miſſæ Sacrificio, aliiſque divinis Officiis, ac Sanctorum Sacramentorum perceptione in ſuarum animarum diſcrimẽ diutiùs carere. Cauſa hujus Conſtitutiones

tali non habitent in locis, in quibus Catholicæ Fideicultus liber non permittitur

§. I. Quare nos his, & aliis malis, & periculis inde provenientibus, quantum cum Domino possumus, obviare cupientes, hac nostra in perpetuum valitura Constitutione statuimus, & ordinamus, ut de cœtero nullus Italus, sive Mercator, sive cujusvis alterius conditionis, vel statûs existat, quovis quæsito colore, prætextu, vel ingenio audeat habitare, vel domicilium tenere in Civitate, Oppido, seu loco, ubi aliqua Ecclesia cum Parocho, vel Pastore, seu Sacerdote Catholico non existat, in qua liberè, & sine omni periculo palam, & publicè celebrari, & audiri possint Sacrosanctæ Missæ, & alia Divina Officia, & Conciones, ac Sacramenta Ecclesiastica ministrari, mortuorum corpora sepeliri & cætera fieri juxtà ritumSanctnæRomanæ Ecclesiæ

Evitentque hi enarrat.

§. II. Utque iidem Itali abstineant à Matrimoniis cum hæreticis mulieribus, & ab hæreticorum sepulturis, filios suos de Sacro Fonte levari per hæreticos non permittant, nec ipsi vicissim hæreticorum filios, nisi per

Catho-

Catholicum Sacerdotem Catholico more baptizentur, levare præsumant, Medicorum quoque hæreticorum opera, necessitate cessante, & ubi adsit copia Catholici Medici idonei, non utantur.

§. III. Cum verò Itali prædicti ex Italia recedunt ad morandum, seu inhabitandum in partibus prædictis, id significent suis Ordinariis, vel Inquisitoribus locorum, à quibus serio admoneantur, ut in eis perpetuò Catholicam, & Orthodoxam fidem constantèr retinentes, & profitentes, piam, & Catholicam vitam ducant, Dominicos, & Festos dies, abstinentias, & sacra jejunia ab Ecclesia præcepta religiosè colant, atque omnem hæresim, & errorem, hæreticos, schismaticos, & ab Orthodoxa Fide aberrantes fugiant, & evitent, ac ut saltem singulis annis de eorum Sacramentali peccatorum Confessione, & Sanctissimæ Eucharistiæ perceptione per eos facta, fidem, seu testimonium ipsis Ordinariis, vel Inquisitoribus in Italiam transmittant, ad quod & nos

Ad habitandum ibi non accedant nisi id prius significent Ordinariis, vel Inquisitoribus qui eum eis hic descriptum servent

dictos Italos tenore præſentium teneri, & obligatos eſſe decernimus, & mandamus.

Inobedientes, vel de hæreſi ſuſpecti inquiri poſſunt. §. IV. Quodſi quis propriæ ſalutis immemor, contra præmiſſa facere præſumpſerit, poſſit adversùs eum per locorum Ordinarios, & Inquiſitores hæreticæ pravitatis, uti de hæreſi ſuſpectum procedi.

Qubuſcunque non obſtantibus §. V. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cœteriſque contrariis quibuſcunque.

Tranſumpti fides. §. VI. Volumus autem, ut earundem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillô perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorsùs fides in judicio, & extrà adhibeatur, quæ ipſiſmet præſentibus haberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

D.P A.5 die 26. Julii. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, ſub Annulo Piſcatoris, die vigeſima ſexta Julii, milleſimô, quingenteſimô nonageſimô ſextô, Pontificatûs Noſtri Annô quintô.

Con-

XXVIII.

Contra Hæreticos in locis Italiæ, & Insularum adjacentium quovis prætextu commorantes, eorumque fautores.

GREGORIUS PAPA XV. Edita A. D. 1622.

Ad perpetuam rei memoriam.

ROmani Pontificis B. Petri Aposto- Exordium. lorum Principis Successoris munus exigit, ut pro incumbente Dominici gregis cura, & solicitudine; Prædecessorum suorum Constitutiones, eas præsertim, quæ ad Sacrosanctæ Fidei Catholicæ conservationem pertinent, quo suum perpetuum sortiantur effectum, & inviolabilitèr observentur, innovet, & extendat, prout rerum, & temporum qualitatibus debitè compensatis, conspicit in Domino salubriter expedire.

§. I. Alias siquidem à fel: rec: Clemente Papa VIII. Prædecessore nostro emanârunt litteræ tenoris subsequentis videlicèt: Cùm sicut non sinè &c. ut supra *pag:* 115. Clemens VIII. edidit Constit. quæ est sub pagâ 115.

§. II Nos inviolabili dictarum Clemen- Hic Pon

cifex illam omnino præcipit observari. Clementis litterarum, & in eis contentorum quorumcunque observationi quantùm Nobis ex Alto conceditur providere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Clementis Prædecessoris litteras, cum omnibus, & singulis in eis contentis, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illasque innovamus, ac inviolabiliter observari mandamus.

Et pleni us modo disponit contra Hæreticos. §. III. Insuper ne ullus Hæreticus in locis Italiæ, & Insularum adjacentium, neque etiam sub commercii, mercimonii, aut alio quovis prætextu domicilium contrahere, seu domum apertam habere propriam, vel conductam, aut gratis concessam, seu habitari, aut morari possit, earundem tenore præsentium prohibemus, ac respectivè statuimus, ac ordinamus.

Contravenientibus pœnas infligit. §. IV. Contra prohibitioni autem ac statuto, & ordinationi nostris hujusmodi non parentes, seu contravenientes, cujusvis status, gradûs, ordinis,

dinis, dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quàm Sæcularis existente, juxtà formam juris procedatur, & puniantur.

§. V. Et similî modô eos, qui Hæreticos prædictos receptaverint, eisque quoquomodo contra præsentium litterarum tenorem, favorem, opem, seu auxilium præbuerint, uti fautores, & receptores Hæreticorum puniri. Illorum fautores uti Hæreticos puniri jubet.

§. VI. Sicquè per quoscunque Judices Ordinarios; & Delegatos, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & de Latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate ubique judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secùs super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate, & tenore prædictis decernimus, & declaramus. Et itâ, & non aliter judicari mandat.

§. VII. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cœterisque contrariis quibuscunque. Quibuscunque non obstantibus

§. VIII.

Publicationes in Urbe omnes ligare decernit. §. VIII. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillô personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsùs fides adhibeatur in judicio, & extrà, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ, quodque eædem præsentes post menses à die illarum publicationis computandos, omnes, & singulos, ad quos spectat, arctent, & afficiant, perinde ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent.

D.P A.2 die 2. Julii. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die secunda Julii 1622. Pontificatûs Nostri Annô secundô.

Anno à Nativitate D. N. J. Christi millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, Indictione quinta, die vero prima mensis Septembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Gregorii Divina Providentia Papæ XV. Anno ejus secundo. Retroscripta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Basilicarum S. Joannis Lateranensis, Princi-

pis

pis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ, ut moris est, per me Brandimartem Latinum Apostolicum Cursorem. Octavius Spada Magister Cursorum.

XXVI.

Revocatio facultatum Superioribus quorumcunque Ordinum, & Religiosorum quoquomodo concessarum, cognoscendi causas suorum subditorum, ad officium S. Inquisitionis hæreticæ pravitatis, quomodolibet pertinentes.

PAULUS EPISCOPUS Servus Servorum Dei. Edita A. D. 1606

Ad perpetuam rei memoriam.

ROmanus Pontifex ea interdum, quæ à Prædecessoribus suis temporum, & rerum qualitate id tunc exposcente, providè pro hæresum extirpatione sancita sunt novis emergentibus rationibus revocat, & immutat, aliaque desuper disponit, & ordinat, prout in Domino salubriter conspicit expedire.

§. I. Dum siquidem fel: rec: Pius Papa Quartus Prædecessor noster sua Pius Quartus jussit In-

per

quisitores procedere contra quoscunque Regulares dummodo ab eorum Superioribus non esset præventum in ejus Constitut: 51. Pastoris.

perpetuò valitura Constitutione, statuit, ordinavit, & declaravit, quod ex tunc deinceps in omnibus Christiani Orbis partibus Inquisitores Hæreticæ pravitatis, tam generales, quàm in quibusvis Provinciis, Civitatibus, Oppidis, Terris, & Locis pro tempore deputati particulares, contra omnes quorumcunque Ordinum, etiam exemptorum, etiam Mendicantium professores, & Religiosos, ac etiam alios quoscunque quovis modo privilegiatos, & exemptos, de hæresis crimine quomodolibet suspectos, aut culpabiles, dummodò ab eorumdem professorum, & Religiosorum Superioribus, vel Prælatis in causis hujusmodi pærventi non fuissent, juxtà facultates officii Inquisitionis ipsius pravitatis inquirere, & procedere, ac culpabiles, & delinquentes repertos secundùm canonicas sanctiones castigare, atque punire possent, & valerent, ac aliàs prout in litteris ipsiùs Pii Prædecessoris latius continetur.

§. VIII. Cùm autem rerum usu

com-

compertum sit, occasione præventio-num hujusmodi nonnulla interdum impedimenta orta esse, quominus causæ hujusmodi câ, quâ decet diligentia cognoscantur, Nos de consilio Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, contra hæreticam pravitatem generalium Inquisitorum, illa de medio tollere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac matura deliberatione, hac nostra etiam perpetuò valitura Constitutione omnia, & quæcunque privilegia, indulta, facultates, & concessiones Generalibus, Superioribns, & Prælatis quorumcunque Ordinum, sivè mendicantium, sivè Clericorum Regularium, cujusvis Ordinis, & Instituti, etiam in dicta Constitutione non expressorum, & quantumvis exemptorum, & quocunque nomine nuncupentur, per dictum Pium, ac quoscunqueRomanos Pontifices Prædecessores nostros, & Sedem Apostolicam concessa, approbata, & innovata, & quantumvis etiam longissimo tempore obser-

Hic modo Pontifex facultatem quibuscunque Ordinum Prælatis cognoscendi causas Regularium ad officium Inquisitionis spectantes ququo modo concessam revocat.

ſervata, cauſas ad dictum officium quôvis modô ſpectantes, cognoſcendi, & terminandi, ſeu in illis quoquomodo ſe intromittendi, quorum omnium, & ſingulorum tenores, etiamſi de illis ſpecialis, & expreſſa mentio habenda eſſet, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuò caſſamus, revocamus, & abolemus, ipſiſque Generalibus, Superioribus, & Prælatis, ut de cætero quovis quæſito colore, vel prætextu præventionis, vel conſvetudinis, & præſcriptionis immemorabilis, ſeu cognoſcendi an delationes hujuſmodi calumnioſæ ſint, necne, in eiſdem cauſis tam motis, quam movendis, quoquomodo, ſe intromittere, ſeu immiſcere, denunciationes recipere, teſtes examinare proceſſus conficere, cauſas ipſas cognoſcere, definire, vel terminare minimè audeant, ſeu præſumant, ſimili auctoritate diſtrictius inhibemus

Regulares Omnes Or- §. III. Volentes, & expreſsè mandantes, ut ipſi Religioſi poſſint, & debe-

debeant omnes, etiam Ordinum hujusmodi professores de hæresi suspectos, Inquisitoribus, vel Ordinariis locorum vicinioribus liberè denunciare, absque eo quod Superiores prædicti personas denunciandas, & causas perquirere, vel quoquomodo id impedire, vel retardare audeant, seu præsumant.

dinariis & inquisitoribus hæredenunciari mandat.

§. IV. Insuper omnes, & quascunque causas ad dictum officium quomodolibet spectantes coram Generalibus, Superioribus, & Prælatis hujusmodi in quibuscunque locis existentibus, ac contra quoscunque Religiosos, ut præfertur, exemptos, motas, & pendentes, ad nos harum serie avocamus, easque omnes in statu, & terminis in quibus de præsenti reperiuntur, ipsius pravitatis Inquisitoribus, vel Ordinariis locorum vicinioribns terminandas committimus.

Et causas coram ipsis Prælatis pendentes Inquisitoribus, & Ordinariis committit.

§. V. Prætereà ipsis Generalibus, Superioribus, & Prælatis pari auctoritate precipimus, atque mandamus, ut omnes processus, & acta causarum hujusmodi, Inquisitoribus, seu Ordinariis

Prælatos ad transmittendum omnia acta, & omnes Re

gulares de hære ſi ſuſpe-ctos iiſdem Ordinariis & Inquiſitoribus monet.

nariis prædictis reſpectivè remittant, & conſignent; nec non Profeſſores, Fratres, & Religioſos ſupradictos, quos hæreſis labe infectos, vel ſuſpectos, etiam in viſitatione eſſe noverint, abſque alia conferentia cum propriis Superioribus facienda, eiſdem Inquiſitoribus, vel Ordinariis locorum vicinioribus reſpectivè denuncient.

Contravenientibus pœnas imponit.

§. V. Quodſi Generales, aliique prædicti præſentibus litteris non paruerint, eos omnes privationis quarumcunque dignitatum, ſeu Prælaturarum, vel officiorum ſuorum Ordinum, ac vocis activæ, & paſſivæ, perpætuæque inhabilitatis ad eaſdem, necnon contra fautores hæreticorum & impeditores officii ſtatutas, & inflictas pœnas, aliaſque cenſuras Eccleſiaſticas, etiam excommnnicationis majoris latæ ſententiæ, à qua nonniſi à Nobis, vel à Romano Pontifice pro tempore exiſtente, præterquam in mortis articulo, abſolutionis beneficium valeant obtinere, eo ipſo incurriſſe.

§: VII.

§. VII. Necnon præsentes literas, licèt generáles Superiores, & Prælati prædicti, aut quicunque alii qua vis auctoritate, officio, seu honore fulgentes in præmissis quomodolibet interesse habentes, vel habere prætendentes ad hoc vocati non fuerint, semper, & perpetuò validas, efficaces existere, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac de omnibus inviolabiliter observari, sicque per quoscunque Judices, & Commissarios, quavis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

Clausula hujus Bullæ præservativas apponit.

§. VIII. Non obstantibus prædicta ac quibusvis aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinum, & Institutorum quorumcunque juramentô, confirmatione

Edita A. D. 1574.

Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſvetudinibus, privilegiis quoque indultis, & Literis Apoſtolicis, etiam Mare magnum, vel aliàs quomodolibet nuncupatis, eiſdem Ordinibus, eorumque Generalibus, Superioribus, & Prælatis, ac perſonis, etiam per quoſcunque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Sedem prædictam, & per nos quôvis modô conceſſis, & confirmatis, & iteratis vicibus, approbatis, & innovatis, quibus, ac aliis omnibus, quæ præſentibus quomodolibet obſtare poſſent, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac individua, & de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum tenores pro plenè, & ſufficienter præſentibus expreſſis, & totaliter inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, & ſpecialiter, & expreſsè

dero-

derogamus, cœterisque contrariis quibuscunque.

§. IX. Ut autem præsentes Literæ ad omnium notitiam deducantur, neve aliquis ignorantiam earum prætendere, aut contra eas se excusare valeat, illas in valvis Sancti Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum Basilicarum de Urbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, ac acie Campi Floræ de more, affigi, & publicari, earumque exempla inibi affixa dimitti ac post publicationem hujusmodi omnes, & singulos, quos concernent, in futurum perindè arctent, & afficiant, ac si eorum cuilibet personaliter intimatæ fuissent. Formam & effectum publicationis præscribit.

§. X. Quòdque earum transumptis, etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, & sigillô alicujus Prælati, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsùs fidem in judicio, & extrà, ubique gentium, & locorum adhiberi volumus, & mandamus, quæ eisdem originalibus literis adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ, Transumptis credi jubet.

& nihilominùs, ut ad majorem notitiam ſingulorum, & quorumcunque Religioſorum prædictorum præſentes deveniant, etiam volumus, & in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus Generalibus, Superioribus, & Prælatis prædictis, ut in primis proximis futuris Capitulis, ſeu Congregationibus, Provincialibus, vel Generalibus cujuſcunque Provinciæ, tam in Italia, quàm extrà, præſentes noſtras Literas legi, & publicari faciant, & procurent.

Sanctio pænalis. §. XI. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud S. Marcum, Annô Incarnationis Dominicæ 1606. Kalen: Septembris, Pontificatûs Noſtri Annô ſecundô.

D. P A. 2 dies. Septemb.

Anno à Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti 1606. Indictione 4. Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Pauli Divina Providentia Papæ V. Anno ſecu. 10, die verò tertia menſis Octobris ſupradictæ Literæ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Baſilicarum Sancti Joannis Lateranenſis, Principis

Apo-

Apostolorum de Urbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, ut moris est, per me Joannem Baptistam Menochium, ejusdem SS. D. N. Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

XCVII.

Innovatio Constitutionum à Sixto IV. & Pio V. de Conceptione B. MARIÆ Virginis editarum, impositioque majorum pœnarum in transgressores, à locorum Ordinariis, & hæreticæ pravitatis Inquisitoribus puniendos.

PAULUS PAPA V. Edita A. D. 1616.

Ad perpetuam rei memoriam.

REgis pacifici quanquam nullô nostro merito divina dispensatione vices gerentes in terris, ex muneris nostri debito, pacis, & concordiæ inter Christifideles, præsertim Ecclesiasticas personas, quæ aliis in viam pacis dirigendis, & in unitate Spiritûs continendis sunt præpositæ, conservationi sedulò invigilare cupientes, ea quæ à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus ad scandalorum Proemium.

ſemina tollenda ſalubriter conſtituta ſunt, cùm hoſtis antiqui inſidiis, qui ab initio diſſidia ſerere cæpit, minimè obſervari, aut variis modis eludi dignoſcuntur, ut inviolata ſerventur, opportunis remediis, quantùm cum Domino poſſumus.

Sixtus IV. Conſtitutionem edidit contra affirmantes hæreticum eſſe, aut peccatum mortale credere, vel tenere B. Mariam Virginem in ſua Conceptione à peccato originali macula præſervatam fuiſſe, vel non fuiſſe, cum nondum id eſſet à Sede A-

§. I. Olim ſiquidem per felicis recordationis Sixtum Papam Quartum Prædeceſſorem noſtrum, acceptô, quòd nonnulli diverſorum Ordinum Prædicatores in ſuis ſermonibus ad populum publicè per diverſas Civitates, & Terras affirmare non erubuerant, & quotidiè prædicare non ceſſabant, omnes illos, qui tenebant, aut aſſerebant glorioſam, & Immaculatam Dei Genitricem abſque originalis peccati macula fuiſſe conceptam, mortaliter peccare, vel eſſe Hæreticos, ejuſdemque Immaculatæ Conceptionis officium celebrantes, audienteſque ſermones illorum, qui eam ſinè hujuſmodi macula conceptam eſſe affirmabant, graviter peccare, ſed & prædictis prædicationibus non contenti, confectos ſuper

ciſ-

eisdem suis assertionibus libros in publicum ediderant, ex quorum assertionibus, & prædicationibus non levia scandala in mentibus fidelium exorta erant, & majora meritò exoriri formidabantur in dies, idem Sixtus Prædecessor hujusmodi temerariis ausibus, & perversis assertionibus, & scandalosis, quæ exinde in Dei Ecclesia exoriri poterant, obviare volens, hujusmodi assertiones Prædicatorum eorundem, & aliorum quorumlibet, qui affirmare præsumerent, eos qui crederent, aut tenerent eandem Dei Genitricem ab originalis peccati macula in sua conceptione præservatam fuisse, propterea alicujus hæresis labe pollutos fore, vel mortaliter peccare, aut hujusmodi Officium Conceptionis celebrantes, seu hujusmodi sermones audientes alicujus peccati reatum incurrere, utpote falsas, & erroneas, & à veritate penitùs alienas, editosque desuper libros prædictos id continentes quo ad hoc reprobavit, & damnavit, ac statuit, & ordinavit, quòd Prædi-

[Margin: postolica, & Romana Ecclesia decisum.]

[Margin: Hanc Constitut. Sixti IV. vide in capi e de Reliq & venerat Sanctorum inter Extravagan. conciones.]

catores verbi Dei, & quicunque alii cujuscunque statûs, gradûs, aut ordinis, & conditionis essent, qui ausu temerario præsumerent in eorum sermonibus ad populum, seu aliàs quomodolibèt affirmare, hujusmodi sic per eum improbatas, & damnatas assertiones veras esse, aut dictos libros pro veris legere, tenere, vel habere, excommunicationis sententiam eo ipsô incurrent, à qua ab alio, quàm à Romano Pontifice, nisi in mortis articulo, nequirent absolutionis beneficium obtinere. Similique pœnæ, & censuris subjecit eos, qui ausi essent asserere contrariam opinionem, tenentes videlicèt, gloriosam Virginem MARIAM cum originali peccato fuisse conceptam, hæresis crimen, vel peccatum incurrere mortale, cum nondùm id esset à Rom: Ecclesia, & Apost: Sede decisum.

Eam innovavit Concil: Trid: sess: 5. de pecc: orig:

§. II. Hanc verò Sixti Prædecessoris Constitutionem Oecumenica Tridentina Synodus postea innovavit.

§. III. Ac deinde similis recordationis Pius Papa Quintus etiam Prædecess-

deceſſor noſter, ſtatuit, ordinavit, & mandavit, quatenùs nemo cujuſcunque ordinis, vel dignitatis exiſteret, in popularibus concionibus, vel ubicunque promiſcua virorum, & mulierum multitudo convenire ſolet, de hujus controverſiæ alterutra parte diſputare rationibus, vel Doctorum auctoritate, aſſerendo propriam ſententiam, & contrariam refellendo, vel impugnando, aut de hac ipſa quæſtione, cujuſvis pietatis aut neceſſitatis prætextu vulgari ſermone ſcribere, vel dictare præſumeret, qui contrafaceret, ſuſpenſionis pœnam à divinis abſque nova declaratione ipſô factô incurreret, ſi modò eſſet in ſacris conſtitutus, & quocunque præterea gradu, ſivè dignitate, vel adminiſtratione fungeretur, illis omnibus foret ipſo jure privatus, & ad eadem, vel ſimilia munera obtinenda, vel obeunda perpetuæ inhabilitatis cenſuræ, ipsô etiam factô obnoxius foret, ſuper quibus niſi à Romano Pontifice pro tempore exiſtente diſpenſari, ſive abſolvi non poſſet, & nihi-

Pius Quintus prohibuit de hoc articulo in popularibus concionibus diſputari, ſ vulgari ſermone ſcribi, vel dictari, ut in ejus Conſtit: 114 ſuper ſpeculum.

nihilominùs aliis pœnis, si opus foret, à proprio Prælato pro delicti mensura infligendis subjectus esset, prout subjecit.

Sed solum modo in Academiis, & Capitulis ubi nulla scandali occasio subesset, permisit

§ IV. Cæterùm quamdiu per Apostolicam Sedem altera pars diffinita non esset, oppositaque sententia condemnata, liceret viris doctis in publicæ Academiæ disputationibus, sive Generalium, aut Provincialium Capitulorum, vel ubi aliàs interessent, qui rem capere possent, nec scandali ulla subesset occasio, de illa quæstione disserere, & argumentis utramlibet partem asserere vel impugnare, dùm tamen neutra veluti erronea prædicaretur servarenturque illa omnia, quæ à dicto Sixto Prædecessore statuta sunt, quorum singula etiam quantùm ad alias pœnas duxit innovanda, & innovavit, prout in Sixti, & Pii Prædecessorum literis desuper confectis pleniùs continetur.

Quia tamen super prædictis sit ut supra statutis

§. V. Verùm licèt hæc providè statuta sint, nihilominùs sicut accepimus, nonnulli in diversis Christiani Orbis partibus, interminatis quæstionibus

nibus nimis intenti, dissensionum hujusmodi, jampridem Ecclesiæ disciplinæ vigore recisa germina coalescere procurant, indèque contentiones, & rixæ non sinè Dei offensa, & scandalo plurimorum exortæ sunt, & graviores in dies nè exoriantur, periculum est, nisi à Nobis opportunè provideatur.

novæ quæstiones exortæ sunt.

§. VI. Quamobrem motu proprio non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam; sed ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, Constitutionum Sixti, & Pii Prædecessorum hujusmodi veriores tenores præsentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes, easdem Constitutiones Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, & etiam quoad earum pœnas quascunque etiam absolutionis reservationem innovamus, & inviolabiliter ab omnibus, etiam Regularibus cujuscunque tam Ecclesiasticis, quàm Sæcularibus personis, cujusvis statûs, gradûs, ordinis, & conditionis, aut dignitatis tam Ecclesia-

Sixti IV. & Pii V. Constitutiones innovat, & inviolabiliter præcipit observari.

sticæ, quàm Sæcularis etiamsi specialis, specifica & individua earum esset necessariò facienda mentio, observari præcipimus, & mandamus, donec, à Romana Apostolica Sede hujusmodi controversia fuerit diffinita.

Transgressoribus pœnas auget.

§. VII. Ac prætereà si quis quôvis modô contravenerit, præter supradictarum Constitutionum pœnas respectivè ipsô factô incurrendas, etiam concionandi, publicè legendi, seu docendi, & interpretandi facultate, ac voce activa, & passiva in quibuscunque electionibus eô ipsô absque alia declaratione, privatus existat, necnon ad concionandi, & publicè legendi, docendi, & interpretandi perpetuæ inhabilitatis pœnas similiter ipso facto incurrat, absque alia declaratione, à quibus nonnisi à Nobis ipsis, vel Successoribus nostris Romanis Pontificibus paritèr absolvi, seu super iis dispensari possit, & nihilominùs aliis pœnis nostro, & eorundem Romanorum Pontificum Successorum nostrorum arbitrio infligendis subjiciatur, proùt eum subjicimus per præsentes.

§. VIII.

§. VIII. Et contrà hujuſmodi tranſgreſſores, etiam Regularis cujuſvis Ordinis, & Inſtituti, etiam quomodolibet exemptos, & alias quaſcunque Eccleſiaſticas, & ſæculares perſonas cujuſcunque ſtatûs, gradûs, ordinis, aut dignitatis tam Eccleſiaſticæ, quàm Sæcularis, ùt præfertur, tam Epiſcopi, & Prælati, Superiores, aliique Ordinarii locorum, quàm hæreticæ pravitatis ubique locorum deputati Inquiſitores procedant, & inquirant, atque in eos ſeverè animadvertant. Nos enim iis, & eorum cuilibet, contra eoſdem tranſgreſſores procedendi, & inquirendi, ac pœnis còërcendi, & puniendi liberam facultatem, & auctoritatem iiſdem auctoritate, & tenore tribuimus, & impertimur, eoſque, ut præfertur, procedere, inquirere, & punire præcipimus, & mandamus. *Et contra eos Episcopis & ceteris hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus facultatem procedendi tribuit.*

§. IX. Non obſtantibus omnibus iis, & ſingùlis, quæ tam Sixtus, quàm Pius Prædeceſſores prædicti in literis ſuis hujuſmodi voluerunt non obſtare. Quibus omnibus, & ſingulis, *Contrariis derogat.*

lis, eorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Publicationem Romæ factam ubique ligare decernit.

§. X. Et nè præmissarum ignorantia à quoquam prætendi possit, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quòd præsentes Literæ, seu illarum exempla, ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in Acie Campi Floræ affixa, omnes ità arctent, & afficiant, perinde ac si unicuique personalitèr intimatæ fuissent.

Transumptis credi jubet.

§. XI. Quodque præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillô alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsùs fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D.PA12 die 6 Jul.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die sexta Julii, millesimô sexcentesimô decimosextô, Pontificatûs Nostri Annô duodecimô.

An-

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo sexcentesimo decimo sexto, Indictione decimaquinta, die vero nona mensis Junii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & D. N. D. Pauli Divina Providentia Papæ V. Anno duodecimo, retroscriptæ Literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Floræ, per me Augustinum Brachesium Cursorem. Silverius Ponticulus Mag: Curs.

XXIX.

Ampliatio, & declaratio prohibitionis asserendi B. Mariam Virginem conceptam fuisse in peccato originali.

In generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico in Monte Quirinali coram Sanctissimo D. N. D. Gregorio Divina Providentia Papa XV. ac Illmis, & Rmis, DD. S.R.E. Cardinalibus adversus hæreticam pravitatem Inquisitoribus Generalibus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis, feria tertia die 24. Maji Anno à Nativitate D. N. JEsu Christi 1622. Edita A. D. 1622.

San-

SAnctissimus Dominus Noster auditis votis Illustrissimorum, & Reverendissimorum Dominorum Cardinalium, contra hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum, decretum aliàs editum à fel: rec: Paulo V. ejus Prædecessore tenoris sequentis, videlicèt.

Pauli V. decretum.

Prohibuit in actibus publicis asserere B. Virginem conceptam fuisse in peccato originali, ut in Constitut. in d pub.

Sanctissimus Dominus Noster post longam, & maturam discussionem auditis votis Illustrissimorum, & Reverendissimorum DD. Cardinalium contra hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum, re accuratè, ac diligenter perpensa, providè considerans, quòd quàmvis in Constitutione fel: rec: Sixti IV. super Conceptione Beatissimæ Virginis Mariæ pro submovendis inter Christifideles scandalis, rixis, & contentionibus edita, à Sacra Tridentina Synodo innovata, & deindè in alia Constitutione sanæ mem: Pii V. super eadem re, quas similiter Sanctitas Sua innovavit, cum quibusdam provisionibus, & adjectionibus pœnarum pro efficaciori earum observatione relinquatur unicuique

libe-

libera facultas tenendi, & etiam asserendi utramque partem, quod scilicèt fuerit, vel non fuerit concepta cum peccato originali, & dum tamen neutra, veluti erronea, aut hæretica damnetur, nihilominùs ex occasione assertionis affirmativæ in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & actibus publicis, quod eadem Beatissima Virgo fuerit cum peccato originali concepta, oriuntur in populo Christiano, cum magna Dei offensa, scandala, jurgia, & dissensiones. Propterea volens hujusmodi scandalis ex debito sui muneris providere, decrevit, & præcepit, ac præsentis decreti virtute mandat, & præcipit omnibus, & singulis cujusvis Ordinis, & Instituti Regularibus, & aliis quibuscunque, tàm Ecclesiasticis, quàm sæcularibus Personis cujusvis conditionis, statûs, gradûs, ordinis, aut dignitatis, tàm Ecclesiasticæ, quàm Sæcularis, etiamsi specialis, specifica, & individua earum esset necessariò mentio facienda, ut in posterum, donec articulus hujusmodi à Sancta Sede Apostolica fuerit diffinitus, vel per Sanctitatem Suam, & Sedem Apostolicam fuerit aliter ordinatum, non audeant in publicis

concionibus, lectionibus, conclusionibus, & aliis quibuscunque actibus publicis asserere, quod eadem Beatissima Virgo fuerit concepta cum peccato originali; Contrafacientes autem eadem Sanctitas Sua voluit, & declaravit subjacere debere, & subjecit censuris, & pœnis contentis in supradictis Constitutionibus suorum Prædecessorum, & sua, ipso facto incurrendis: Per hujusmodi tamen provisionemSanctitas Sua non intendit reprobare alteram opinionem, nec ei ullum prorsùs præjudicium inferre, eam relinquens in eisdem statu, & terminis, in quibus de præsenti reperitur, præterquam quoad supra disposita. Ulterius sub eisdem censuris, & pœnis mandans quod negativam opinionem, videlicèt, quod non fuerit concepta cum peccato originali, in prædictis publicis actibus asserentes, aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agant, seu tractent. Insuper voluit, & expresè mandavit, ut extra hos casus expressos publicorum actuum in reliquis omnibus supradictæ Constitutiones firmæ, & illæsæ remaneant, & exactè observentur perindè acsi præsens decretum non emanasset. Et ita decrevit, & man-

mandavit ubique inviolabiliter obſervari, non obſtantibus in hac parte ſupradictis Conſtitutionibus, & aliis omnibus in contrarium facientibus &c

§. II. Hoc ſuo præſenti decreto ex eiſdem cauſis ad evitanda ſcandala, diſſenſiones, atque diſcordias in populo Chriſtiano, quæ pari ratione oriri poſſunt, & ut accepit, in aliquibus Regionibus jam ortæ ſunt ex ſermonibus privatis, occaſione aſſertionis affirmativæ, extendit, & ampliavit etiam ad privata colloquia, & ſcripta, mandans, & præcipiens omnibus, & ſingulis ſupradictis, nè de cætero, donec articulus hujuſmodi à Sede Apoſtolica diffinitus, vel per Sanctitatem Suam, & Sedem Apoſtolicam fuerit aliter ordinatum, neque etiam in ſermonibus, & ſcriptis privatis audeant aſſerere, quod eadem Beatiſſima Virgo fuerit concepta cum peccato originali, nec de hac opinione affirmativa aliquo modo agere, ſeu tractare, exceptis tamen quibus à S. Sede Apoſtolica fuerit ſuper hoc ſpecialiter indultum. Per hoc tamen

Quod hic Pontifex extendit etiam ad actus privatos.

Sanctiras Sua non intendit reprobare hanc opinionem, nec ei ullum prorsus præjudicium inferre, eam relinquens in eisdem statu, & terminis, in quibus reperitur, præterquam quoad in supradicto fel: rec: Pauli V. & hoc suo decreto disposita.

Et in reliquis servandas esse aliorum Pontif: Constitut.

§. III. Eademque Sanctitas Sua voluit, & expresse mandavit, ut in reliquis omnibus, ubi hujusmodi decretis non adversantur Constitutiones Sixti IV. Alexandri VI., & Pii V. ac Pauli V. ejus Prædecessorum super Conceptione Beatissimæ Virginis firmæ, & illibatæ remaneant, ac exactè observentur perinde, ac si hujusmodi decretum non emanasset.

Et in divinis Officiis celebrandis non alio, quam Conceptionis nomine uti debere.

§. IV. Et insuper eadem Sanctitas Sua: cum Sancta Romana Ecclesia de Beatissimæ Virginis Conceptione Festum solemniter, & officium celebret; omnibus, & singulis personis Ecclesiasticis tam Sæcularibus, quàm cujusvis Ordinis, & Instituti Regularibus mandat, ac præcipit, ut in Sacrosancto Missæ Sacrificio, ac divino Officio celebrandis tam publicè, quàm pri-

vatim

vatim, non alio, quàm Conceptionis nomine uti debeant. Contravenientes autem Sanctitas Sua voluit, & declaravit subjacere debere, & subjecit censuris, & pœnis contentis in supradictis Constitutionibus, ac præfato decreto suorum Prædecessorum ipso facto incurrendum. Et ita decrevit, & mandavit ubique inviolabiliter observari.

§. V. Non obstantibus in hac parte Constitutionibus suprascriptis, decreto præfato Pauli V. consvetudinibus etiam immemorabilibus, necnon omnibus, & singulis, quæ Prædecessores prædicti voluerunt non obstare, ac aliis quibuscunque in contrarium facientibus. Contrariis derogat.

§. VI. Volens, & decernens pro observatione, & executione præsentis decreti, & omnium in eo contentorum, quod contra hujusmodi transgressores, etiam Regulares cujusvis Ordinis, & Instituti, etiam quomodolibet exemptos, ac alias quascunque Ecclesiasticas, & Sæculares personas cujuscunque status, conditionis, gra- Executores deputat contra omnes.

dus, ordinis, aut dignitatis tam Ecclesiasticæ, quàm Sæcularis tam Episcopi, & Prælati Superiores, aliique Ordinarii locorum, quàm hæreticæ pravitatis ubique locorum deputati Inquisitores procedant, & in eos severè animadvertant, tribuens eis, & eorum cuilibet liberam facultatem, & auctoritatem contra eosdem transgressores procedendi, ac pœnis coërcendi, & puniendi.

Publicationem in Urbe decernit omnes ligare debere.

§. VII. Voluit demum, nè præmissorum ignorantia à quoquam prætendi possit, quòd præsens decretum, seu illius exempla ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ affixa, omnes ità arctent, & afficiant, perinde ac si unicuique personaliter intimata fuissent; quodque præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillô alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsùs fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Andreas de Pettinis S. Romanæ, & universalis Inquisitionis Not.

Anno à Nativitate D. N. J. Christi millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, Indictione quinta, die vero secunda mensis Junii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Gregorii Divina Providentia Papæ XV. Anno ejus secundo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ, ut moris est, per me Brandimartem, Latinum SS. D. N. Papæ Cursorem. Octavius Spada Mag: Curs: Publicatio in Urbe P. A. die 2. Junii 1622

XXVII.

Revocatio quarumcunque concessionum vivæ vocis oraculo factarum, exceptis oraculis factis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & eorum manu firmatis.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

ROmanus Pontifex in specula militantis Ecclesiæ Divina Providentia constitutus, gratias, & indulta à se, & Prædecessoribus suis concessa, justis interdum svadentibus causis, juxta creditum sibi Pastoralis officii Exordium.

debitum moderatur, aut revocat, proùt rerum, & temporum qualitatibus debitè pensatis, conspicit in Domino salubriter expedire.

Revocatio, de qua in Rub.

§. I. Itaque Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, & singula indulta, facultates, privilegia, gratias, & concessiones quascunque spirituales, & Ecclesiasticas tam ad forum interius, quàm ad exterius spectantes, ac tam ad supplicationem partium, quàm motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus à Sede Apostolica, quæ tamen vivæ vocis oraculo hactenus quandocunque, & qualitercunque, ex quavis etiam de necessitate exprimenda causa, quibusvis Collegiis, Capitulis, Ordinibus tam Mendicantium, quàm non Mendicantium. Societatibus, etiâm Societatis JESU, ac Congregationibus quibuslibet, sivè eorum, & earum respectivè Præpositis, Decanis, Magistris, Ministris, Prælatis, Prioribus, Rectoribus Generalibus, vel Provin-

cia-

cialibus quocunque nomine nuncupatis, Superioribus, etiam quomodolibet exemptis, ac Sedi prædictæ immediatè subjectis, cujuscunque dignitatis, præeminentiæ, aut quovis privilegio munitis, non tamen ad supplicationem Regum concessas, in iis videlicèt, quæ non sunt sortita effectum, tenore præsentium revocamus, cassamus, tollimus, abrogamus, & annullamus, aut revocata, cassata, sublata, abrogata, & annullata viribusque, & effectu vacua perpetuò fore, & esse, neque in posterum cuiquam suffragari posse, vel debere. neque aliquem iis de cætero uti ullo modo posse, etiamsi expressa, & specifica mentio, etiam de verbo ad verbum de iis faciendum esset, decernimus, & declaramus.

§. II. Firmis tamen, & in suo robore permanentibus omnibus indultis, & aliis concessionibus prædictis, vivæ vocis oraculo S. R. E. Cardinalibus ad ipsorum, vel aliorum quorumcunque favorem, propria S. R. E. Cardinalium manu firmatis, pro Exceptio de quibus in Rubrica similiter dicitur.

ipsis

ipsis, vel aliis factis, & de quibus iidem S.R.E. Cardinales testimonium in scriptis præbuerunt:

Clausularum præservativarum adjunctio.

§. III. Decernentes, præsentes literas, & in eis contenta quæcunque, etiam ex eo, quod quicunque in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes, ad hoc vocati, & auditi non fuerint, de subreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, seu alio quocunque defectu notari, impugnari, redargui jure vel in controversiam revocari, ad terminos juris reduci, aut deversus illas, quodcunque juris, gratiæ, vel facti remedium impetrari nullatenus posse, sed illas semper validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere.

Clausula sublata.

§. IV. Sicque per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate ju-

dica-

dicari, et diffiniri debere, ac irritum et inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. V. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, Ordinibus Societatibus, et Congregationibus prædictis, eorumque Præpositis, Decanis, Magistris, Ministris, Prælatis, Prioribus, Rectoribus, et aliis Superioribus, prædictis, sub quibuscunque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, ac irritan: et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, Clausulæ derogatoriæ.

aut

aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenore hujusmodi, præsentibus pro plenè, et sufficienter expressis, et ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscunque.

Fides transumptorum. §. VI. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur in judicio, et extra illud, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Publicatio in Urbe omnes ligare decernit. §. VII. Quodque eædem præsentes literæ, seu illarum exempla ad valvas Basilicarum S. Joannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Urbe, et in acie Campi Floræ affixæ, omnes ità arctent, et afficiant, ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent.

D.P.A. 2 die 2 Jul. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulô Piscatoris die secun-

cunda Julii MDCXXII. Pontificatûs nostri Annô secundô.

Anno à Nativitate D. N. J. Christi millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, Indictione quinta, die vero prima mensis Septembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D, N. D. Gregorii Divina Providentia Papæ XV. Anno ejus secundo, retroscripta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Basilicarum S. Joannis Lateranensis: Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ, ut moris est, per me Brandimartem Latinum Apostolicum Cursorem. Octavius Spada Mag: Curs.

Extensio Constitutionis rec: mem: Gregorii Papæ XV. revocatoriæ concessionum vivæ vocis oraculo factarũ.

URBANUS PAPA VIII. Edita A. D. 1631.

Ad perpetuam rei memoriam

ALiàs fel: rec: Gregorius Papa XV. Prædecessor Noster, ut subnascentibus jugiter variis difficultatibus et abusibus ex Privilegiis à Sede Apostolica vivæ vocis oraculo sæpenumero concessis obviam iret, Constitutio-

tutionem edidit tenoris subsequentis videlicet: GREGORIUS PP. XV. Ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex in specula militantis Ecclesiæ. Reliqua vide supra *fol.* 251.

Causa hujus extensionis.

§. I. Cum autem experientia rerum magistra compertum sit, concessiones, et gratias vivæ vocis oraculo, etiam à S.R.E. Cardinalibus obtentas, et ipsorum manu firmatas sæpè ab his, in quorum favorem emanarunt, minus canonica interpretatione extendi, et perperam in disciplinæ Ecclesiasticæ detrimentum executioni demandari: Idcircò, quantùm cum Domino possumus, his et aliis malis occurrere volentes, Motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, et de consilio nonnullorum venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, quibus negotium hujusmodi maturè discutiendum commisimus.

Hoc negotium nonnullis S. R. E. Cardi. commissum fuit

§. II. Omnia, et singula privilegia facultates, licentias, et gratias quascunque per Summos Pontifices Præ-

Revocatio generalis.

decess-

deceſſores noſtros, ac per Nos vivæ vocis oraculo, et Sanctæ Romanæ Eccleſiæ prædictæ Cardinalium quorumcunque manu firmata, quibuſcunque Generalibus, Provincialibus, cœteriſque Superioribus, et perſonis cujuſvis Ordinis, Congregationis, Inſtituti, et Societatis, ſivè Sæcularibus ſivè Regularibus, vel etiam ipſis Ordinibus, Congregationibus, Inſtitutis, et Societatibus, etiam Societati Jeſu, aut ejus Clericis, ſeu Presbyteris, aliiſque perſonis prædictis quacunque de cauſa, etiam de neceſſitate exprimenda occaſione, prætextu, vel colore, etiam intuitu, contemplatione, ſeu ad inſtantiam Imperatoris, Regum, et Principum quorumcunque, aut aliàs quomodolibet conceſſa, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, tenore præſentium revocamus, tollimus, abrogamus, et annullamus, ac de cœtero revocata, caſſa, ſublata, abrogata, et annullata, viribuſque, et effectu vacua eſſe, et fore, nullique prorſus deinceps ſuffragari poſſe, nec debere declaramus.

§. III.

Mandatur strictè omnibus, ad quos spectat, ut de præsentibus literis certiores faciant omnes Provinciales suorum Ordinum.

§. III. Præterea, ut præsentes Literæ omnibus, et singulis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit, quantociùs innotescant, omnibus, et singulis Generalibus, et aliis quocunque nomine nuncupatis Superioribus quorumcunque Ordinum, Congregationum, Societatum, etiam Societatis JESU, et Institutorum, sub excommunicationis, ac privationis officiorum, et dignitatũ, necnon vocis activæ et passivæ pœnis, ipso facto incurrendis præcipimus, et mandamus, ut infra tres menses proximos à die publicationis præsentium computandos, omnes, et singulos Provinciales eorundem suorum Ordinum, Congregationum, Societatum, etiam Societatis JESU, et Institutorum, de eisdem præsentibus literis certiores faciant, earundemque præsentium exemplaria illis transmittant, qui quidem Provinciales sub eisdem pœnis teneantur singulis Superioribus, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Domorum, et locorum Regularium præcipere, ut easdem præsentes

subdi-

ſubditis ſuis, ut moris eſt, publicent.

§. IV. Decernentes, præſentes Literas etiam ex eo, quod quicunque in præmiſſis intereſſe habentes, vel habere prætendentes ad hoc vocati, & auditi non fuerint, de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, ſeu alio quopiam defectu notari, impugnari, invalidari, redargui, in jus, vel controverſiam vocari, aut ad viam, & terminos juris reduci, ſive adverſus illas quodcunque juris, gratiæ, vel facti remedium impetrari nullatenùs poſſe, ſed illas ſemper validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore; ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ſicque per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi quid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decernitur, ut præſentes literæ ſemper validæ, firmæ & efficaces exiſtant

§. V.

Contrariorum, derogatio.

§. V. Non obſtantibus præinſertis literis hujuſmodi, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & quatenùs opus ſit, etiam Regula Noſtra de non tollendo jure quæſito, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis, eiſdem Cardinalibus, ac Ordinibus, Congregationibus, Inſtitutis, & Societatibus, eorumque Superioribus, quocunque nomine nuncupatis, ſub quibuſcunque verborum formis, & tenore, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc

ſer-

servanda foret, illorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

§. VI. Volumus autem, quòd præsentium transumptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ, quodque eædem præsentes literæ, sive illarum exempla ad valvas Basilicarum prædictarum, & in acie Campi Floræ hujusmodi similitèr affixæ omnes, quos concernunt, perinde arctent, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent. Transumptorum Fides.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 20. Decembris 1631. Pontificatus Nostri Anno Nono. Dies publicationis A. 9. die 20. Decemb.

M. A. Maraldus.

Die, & anno supradicto affixa, & publicata fuit ad valvas Basilicarum S. Jo-

annis Lateranensis, & Principis Apostolorum, ac in acie Campi Floræ, aliisque locis solitis, & consuetis, ut moris est, per me Andream Salmanum, Sanctissimi D. N. Papæ Curs.

XL.

Revocatio quarumcunque licentiarum legendi, & habendi quomodolibet libros prohibitos quibuscunque personis ab omnibus, etiam Romanis Pontificibus concessarum.

Edita A. D. 1623

GREGORIUS PAPA XV.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

APostolatus Officium Nobis, nullo licèt meritorum suffragio, Divina Providentia commissum postulat, ut de ea vigilantiæ nostræ partes propensius intendamus, per quæ religio Catholica, ubi Divina gratia illæsa viget, conservetur, & ubi restitutione indiget, restituatur.

Prohibitio habendi & legendi Libros prohibitos.

§. I. Quapropter cùm librorum prohibitorum lectio magno esse sinceræ fidei cultoribus detrimento noscatur, & sicut accepimus, licentiæ libros hujusmodi legendi nimis excreverint; Nos

Nos ut huic malo maturè occurratur, & in posterum quàm cautissimè licentiæ hujusmodi concedantur, quantùm cum Domino possumus, providere volentes; Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine omnes, & singulas licentias legendi, & habendi libros quoscunque ob hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem, vel aliàs quomodolibet prohibitos, quibuscunque personis cujuscunque gradus, & conditionis existentibus, etiam per Literas Apostolicas ad tempus, seu ad vitam, & aliter quomodocunque, & ex quacunque causa, tam per Literas in forma Brevis, quàm aliter quomodocunque à Nobis, seu Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, seu ab habentibus à Nobis, vel ab eis facultatem, & auctoritatem concessas, earum tenorem præsentibus pro expressis habentes, tenore præsentium revocamus, cassamus, & annullamus, ac pro revocatis cassis, & annullatis haberi, nullique in posterum suffragari. § II.

Contravenientibus pœnas imponit. §. II. Quinimò libros per licentias hujusmodi permissos legentes, aut habentes, pœnas in Sacris Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, & Indicibus Librorum prohibitorum contentas incurrere volumus, & declaramus.

Hanc legem Pon publicatam omnes ligare decernit. § III. Decernentes, ut præsentes literæ postquàm in valvis Basilicarum Sàncti Joannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Urbe, & Cancellariæ Apostolicæ, necnon in Acie Campi Floræ affixæ fuerint, infrà duos menses ex tunc proximos, omnes, & singulos, ad quos spectat, arctent, & afficiant, perinde acsi unicuique personaliter intimatæ fuissent, quòdque dictis duobus mensibus durantibus, ii, qui libros prohibitos hujusmodi habuerint, eos ad Episcopum, seu Inquisitorem, qui illos quantociùs comburere debeat, deferre, qui aliquos similes libros prohibitos habere sciverint, eos denunciare teneantur, neque de cætero similes licentiæ, nisi à Congregatione S. Officii, quæ singulis hebdomadis

co-

coram nobis haberi solet, concedantur.

§. IV. Ac quod earundem præsentium transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Ejusque Transumptis fidem dari mandat.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 30. Decembris 2622. Pontificatûs Nostri Annô Secundô. Dat. A. P. 2. die 30. De-

Anno à Nativitate D. N. JEsu Christi millesimo sexcentesimo vigesimotertio, Indictione sexta, die vero secunda mensis Januarii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Gregorii Divina Providentia Papæ XV. Anno ejus secundo, retroscriptæ Literæ Apostolicæ affixæ fuerunt ad valvas Basilicarum S. Joannis Lateranensis, & Principis, Apostolorum de Urbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, necnon in acie Campi Floræ, ut moris est, per me Brandimartem Latinum, SS. D. N. Papæ Curs.

Octavius Spada Mag: Curs.

V. aliàs CXIV.

Revocatio licentiarum quarumcunque legendi, & habendi libros prohibitos.

Edita A. D. 1630.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

procemium.

APostolatus officium Nobis, nullo licet meritorum suffragio, Divina Providentia commissum postulat, ut de ea vigilantiæ nostræ partes propensius intendamus, per quæ Religio Catholica, ubi divina gratia illæsa viget, conservetur, & ubi restitutione indiget, reparetur.

Prohibitio habendi, & legendi Libros, prohibitos cum licentiarum revocatione.

§. I. Quapropter, cum librorum prohibitorum lectio magno sinceræ fidei cultoribus detrimento esse noscatur, & sicut accepimus, nimis excessiva sit, hujùsmodi libros legendi licentiarum copia; Nos, ut huic malo maturè occurratur, & in posterum quàm cautissimè licentiæ hujusmodi concedantur, quantùm cum Domino possumus, providere volentes; Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris

deque Apostolicæ Potestatis plenitudine, omnes & singulas licentias legendi, & habendi libros quoscunque ob hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem, seu per Constitutiones Apostolicas etiam ratione Astrologiæ judiciariæ, vel aliàs quomodolibet prohibitos, quibuscunque personis Laicis, & Ecclesiasticis, tam Sæcularibus, quàm Regularibus cujuscunque Ordinis, Societatis, & Instituti existentibus, ac quacunque dignitate, etiam Ecclesiastica fulgentibus, cujuscunque status, gradus, conditionis, qualitatis, & præeminentiæ, etiam speciali nota, & mentione dignis, ac per Literas Apostolicas ad tempus, seu ad vitam, & aliter quomodocunque, & ex quacunque causa, tam in forma Brevis, quàm aliter quomodocunque à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, seu à quibuscunque aliis à Nobis, vel eis facultatem, & auctoritatem habentibus, non tamen à nobismetipsis per Literas Apostolicas etiam in forma Brevis, seu Chirographum manu nostra signa-

tum, concessas, earum tenores præsentibus, pro expressis, & insertis habentes, hac nostra perpetuò valitura Constitutione, revocamus, cassamus, & annullamus, ac pro revocatis, cassis, & annullatis haberi, nullique suffragari.

Contravenientibus pænas imponit.

§. II. Quinimò libros per licentias hujusmodi permissos legentes, aut habentes, pœnas in sacris Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, & Indicibus librorum prohibitorum contentas incurrere volumus, & declaramus.

Hanc legem Pon. publicatam omnes ligare decernit.

§. III. Decernentes, ut præsentes Literæ postquàm valvis Basilicarum Sancti Joannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Urbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, necnon in Acie Campi Floræ affixæ fuerint, infra duos citrà menses, ultrà verò montes infra quatuor menses ex tunc proximos, omnes, & singulos ad quos spectat, arctent, & afficiant, perinde acsi unicuique personaliter intimatæ fuissent; quodque dictis duobus, & respectivè quatuor mensibus duran-

tibus, ii, qui Libros hujusmodi habuerint, eos ad Episcopum, seu Inquisitorem, qui illos quantocitiùs comburere debeat, deferrre; quique aliquos similes Libros prohibitos habere sciverint, eos denunciare teneantur, neque de cœtero similes licentiæ, nisi à Congregatione Sancti Officii, dum singulis hebdomadis coram Nobis habetur, vel ab aliis per Nos etiam in eadem Congregatione specialiter deputandis concedantur.

§. IV. Ac quòd earundem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publii subscriptis, & sigillô personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extrà adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Transumptorumfides

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 2. Aprilis millesimo sexcentesimo trigesimo primo, Pontificatus Nostri Annô octavô. D. P. A. 8 die 2 April.

Die, & Anno supradicto publicatæ fuerunt

erunt supradictæ Literæ per earum affixionem ad valvas Ecclesiæ Lateranensis & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, aliisque locis solitis, & consuetis, ut moris est, per me Andream Scalmanum Sanctissimi Domini Nostri Papæ Curs·

XXXVII.

Diffinitio quoad Imagines nondum à Sede Apostolica Canonizatorum, vel Beatificatorum cum radiis, splendoribus, & laureolis proponendas, vel tabellas, & luminaria ad eorum sepulchra apponenda, & cum attestationibus, desuper proponendis, recipienda, & asservanda, sive eorum Miracula in imprimendis libris enarranda.

Feria v. Die xiij. Martii Anno à Nativitate Domini Nostri JEsu Christi.

MDCXXV.

In generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico in Vaticano coram Sanctissimo Domino Nostro D. Urbano Divina Providentia Papa VIII., ac Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis

minis S. R. E. Cardinalibus adversus hæreticam pravitatem Inquisitoribus Generalibus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

SAnctissimus Dominus Noster sollicitè animadvertens abusus, qui irrepserunt, & quotidiè irrepere non cessant in colendis quibusdam cum Sanctitatis, aut Martyrii fama vel opinione defunctis, qui, & si neque Canonizationis, neque Beatificationis honore insigniti sint ab Apostolica Sede, eorum tamen Imagines in Oratoriis, atque Ecclesiis, aliisque locis publicis, ac etiam privatis, cum laureolis, aut radiis, seu splendoribus proponuntur, miracula, & revelationes, aliaque beneficia, Deo per eorum intercessiones accepta, in libris rerum ab ipsis gestarum enarrantur, & ad illorum sepulchra, tabellæ, imagines, & res aliæ ad beneficia accepta testificanda, & lampades, & alia lumina apponuntur. Edita A. D. 1625

§. I. Volensquè proinde hujusmodi abusibus, pro debito Officii Pastoralis occurrere etiam cum Illustrissimis, Prohibitio ubique proponendi Imagines cum lau

reolis, radiis, vel splendoribus. ſimis, & Reverendiſſimis Dominis Cardinalibus, contra hæreticam pravitatem in univerſa Republica ChriſtianaGeneralibusInquiſitoribus communicata, & maturè conſiderata, ac diſcuſſa, declaravit, ſtatuit, & decrevit, ne quorumvis hominum, cum ſanctitatis, ſeu martyri fama (quantacunque illa ſit) defunctorum Imagines, aliaque prædicta, & quodcunque aliud, venerationem, & cultum præferens, & indicans, in Oratoriis, aut locis publicis, ſeu privatis, vel Eccleſiis tam Sæcularibus, quàm Regularibus, cujuſcunque Religionis, Ordinis, Inſtituti, Congregationis, aut Societatis apponantur, antequàm ab Apoſtolica Sede canonizentur, aut Beati declarentur, & ſi quæ appoſitæ ſunt) amoveantur, prout eas ſtatim amoveri mandavit.

Libros etiam iſta continentes imprimendi. §. II. Ac pariter imprimi de cætero inhibuit libros eorundem hominum, qui Sanctitatis, ſive Martyrii fama, vel opinione (ut præfertur) celebres è vita migraverint, geſta, miracula, vel revelationes, ſeu quæ-

cun-

cunque beneficia tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta continentes, sine recognitione, atque approbatione Ordinarii, qui in iis recognoscendis, Theologos, aliosque pios, ac doctos Viros in consilium adhibeat, & ne deindè fraus, aut error, aut aliquid novum, ac inordinatum in re tam gravi committatur, negotium instructum ad Sedem Apostolicam transmittat, ejusque responsum expectet. Revelationes verò, & miracula aliaque beneficia supradicta; quæ in libris horum hominum vitam, & gesta continentibus hactenus sine recognitione, atque approbatione hujusmodi, impressa sunt, nullo modo approbata censeri vult, mandatque Sua Sanctitas.

Tabellasque Imagines, & luminaria ad eorum Sepulchra apponendi.

§. III. Ad horum hominum sepulchra, vetuit etiam, ac inhibuit Tabellas, atque Imagines, ex cera, aut argento, seu ex alia quacunque materia, tam pictas, quàm fictas, atque exculptas appendi, aut affigi, & lampades, sive alia quæcunque lumina accendi, sine recognitione ab Ordi-

Ordinario omninò, prout supra facienda, Sedique Apostoliæ referenda, ac probanda.

Declaratio in prædictiss. §. IV. Declarans, quòd per suprascripta, præjudicare in aliquo non vult, neque intendit iis, qui aut per communem Ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, virorumque Sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis Apostolicæ, vel Ordinarii coluntur.

Executorum deputatio. §. V. Ut autem præmissa diligentius observentur, universis, ac singulis, tam Ordinariis, quàm hæreticæ pravitatis Inquisitoribus districtè præcipit, ut in sua quisque Diœcesi, vel Provincia sedulò pervigilent, ne sine approbationibus prædictis, Imagines cum memoratis signis exponantur, aut miracula, revelationes, ac beneficia prædicta publicentur, aliave contra superius disposita, fiant.

Pœnarum in trasgressores impositio. §. VI. Transgressores verò, si Regulares fuerint, privationis suorum Officiorum, ac vocis activæ, & passivæ, necnon, suspensionis à Divinis.

Si

Si verò Clerici Sæculares, privationis pariter suorum officiorum, suspensionis à Divinis, & ab administratione Sacramentorum, executioneque suorum ordinum respectivè, aliisque arbitrio prædictorum Ordinariorum, seu Inquisitorum, pro modo culpæ infligendis pœnis plectendo.

§. VII. Qui autem libros impresserint, aut Imagines pinxerint, seu sculpserint, quoquo modo effinxerint, vel formaverint, cæterique Artifices circa præmissa qualitercunque delinquentes, prædicta omnia amittant, & insuper pecuniariis, aliisque etiam corporalibus pœnis, juxtà criminis gravitatem eorundem Ordinariorum, seu Inquisitorum arbitrio afficiantur. Et signanter Impressores.

§. VIII. Contrariis quibuscunque non obstantibus. Derogatio contrariorum.

§. IX. Et ne præmissorum ignorantia possit ab aliquo prætendi, voluit, ut Decretum hujusmodi, seu illius exemplum ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum Urbis, ac in acie Campi Floræ affixum omnes perindè Efficacia publicationis factæ Romæ.

arctet, atque afficiat, ac si unicuique personaliter intimatum fuisset.

Fides Transumptorum. §. X. Quodque præsentium transumptis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, ac sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsùs fides habeatur, quæ præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Joannes Antonius Thomasius S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis Notarius.

Anno millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, Indictione octava, Pontificatus Sanctissimi D. N. D. Urbani Divina Providentia Papæ VIII. Anno ejus secundo, die vero quarta mensis Aprilis, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ, ut moris est, per me Brandimartem Latinum SS. D. N. Papæ Cursorem. Octavius Spada Magister Cursorum,

L.

Prohibitio ne degentes in Statu Ecclesiastico, mediatè vel immediatè

Se-

Sedi Apostolicæ subjecto libros ab eis ubicunque compositos de quacunque materia tractantes, absque Card. Vicarii, & Magistri Sac. Palatii in Urbe, & extra eam absque Ordinarii, & Inquisitoris Loci licentia deferant, aut imprimendos transmittant.

Feria V. Die 18. Septembris MDCXXV.

In generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctissimo D. N. D. Urbano Divina Providentia Papa VIII. ac Illustrissimis, & Reverendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus adversus hæreticam pravitatem Inquisitoribus Generalibus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis. Edita A. D. 1625

SAnctissimus D. N. pro debito sui Pastoralis Officii corrigere volens abusus nonnullorum in Statu Sedi Apostolicæ mediatè, vel immediatè subjecto existentium, qui libros à se compositos extrà præfatum Statum absque ulla Ordinariorum, & Inquisitorum loci, ubi degunt, approba- Prohibitio de qua in Rubr.

tione, imprimendos transmittunt, statuit, & decrevit ut in posterum nemo in Statu prædicto degens, cujusvis conditionis, gradus, ordinis, & dignitatis existat, libros de quavis materia tractantes, & ubicunque compositos audeat aliò deferre, vel mittere imprimendos sine expressa in scriptis approbatione Illmi & Rmi, DD Card: SS. D. N. Vicarii, & Magistri Sac: Palatii, si in Urbe, si verò extrà Urbem existat, sine Ordinarii, & Inquisitoris loci illius, sive ab iis deputatorum facultate, & licentia operi præfigenda.

Impositio pœnarum. §. II. Libros autem, quos contra præsentis Decreti tenorem imprimi contigerit, præter alias pœnas arbitrio Suæ Sanctitatis infligendas, absque alia declaratione exnunc prohibet, & pro expressè prohibitis haberi vult & mandat, contrariis quibuscunque non obstantibus &c.

Joannes Antonius Thomasius S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis Notarius.

Anno millesimo sexcentesimo vigesimo quin-

quinto, Indictione octava, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D.N.D. Urbani Divina Providentia Papæ Octavi, Anno ejus tertio, die vero tertia mensis Octobris, supradictæ Literæ Apostolicæ, sive Decretum affixum, & publicatum fuit in acie Campi Floræ, & aliis locis solitis Urbis per me Brandimartem Latinum prælibati Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & Sacræ Romanæ Inquisitionis Cursorem.

Sanctissimi D. N. Urbani Papæ VIII. declaratio, quod Constitutiones Apostolicæ in concernentibus Fidem Catholicam, & S. Inquisitionis Officium hactenus editæ, & in posterum etiam super quacunque alia re edendæ, omnes Regulares quomodolibet privilegiatos comprehendant, nisi illi in edendis specialiter excipiantur.

URBANUS PAPA VIII. Edita A. D. 1631.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUm, sicut accepimus, S. Benedicti, Cistercien:, Præmonstraten., Exordium. S. Antonii de S. Antonio Viennen: Societatis Jesu, ac aliorum forsan Or-

dinum, Congregationum, Societatum, & Institutorum regularium Professores vigore, seu prætextu privilegiorum, & indultorum sibi, dictisque Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Institutis, ab hac S. Sede Apostolica tàm per viam meræ concessionis, quàm communicationis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam consistorialiter concessorum in Constitutionibus generalibus à Nobis, & dicta Sede, hactenus editis, & de cœtero edendis, se minimè comprehendi prætendant, nisi de eis specialis, specifica, individua, & expressa mentio fiat.

Causa hujus Constitut. §. I. Nos qui inter gravissimas, multiplicesque Apostolatus nostri curas in eam præcipuo, ac peculiari studio jugiter incumbimus, ut extirpatis hæreticarum pravitatum erroribus, Catholica Fides ubique gentium conservetur, & propagetur, ambiguitates, & dubia de medio tollere, & opportunæ dispositionis ministerio providere volentes, ut tot, tan-

tæque

tæque Constitutiones à Nobis, & hac S. Sede, & præsertim ad favorem Fidei Catholicæ, illiusque propagationem, & Officii S. Inquisitionis contra hæreticam pravitatem editæ, & de cœtero edendæ, sublatis quibuslibet exceptionibus, subterfugiis, & impedimentis ad majorem Dei gloriam, Sanctæque Matris Ecclesiæ exaltationem debitum, ut par est, sortiantur effectum, necnon quorumcunque privilegiorum, gratiarum, & indultorum dictis Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Institutis, cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam quantumlibet extraordinariis, & cautelis quomodolibet, & ex quacunque causa concessorum, etiamsi in corpore juris clausa sint, tenores præsentibus, ac si de verbo ad verbum, nihil penitùs omisso, & forma in eis tradita observata inserti forent, eisdem præsentibus pro expressis habentes motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine.

Declaratio quod Constitut: Apostolicæ in concernentibus Fidem Catholicam, & Officium Sanctæ Inquisitionis comprehendant omnes Regulares, quomodolibet exemptos.

§. II. Quod quævis generales constitutiones, dispositiones, & ordinationes Apostolicæ per Nos, & quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros in concernentibus Fidem Catholicam, illiusque propagationem, S. Inquisitionis Officium præfatum, præsertim quoad ea, quæ in Congregationibus S. Officii, & Propaganda Fide coram Nobis tractari solent, hactenus editæ, omnes, & singulos tam S. Benedicti, Cisterciensis, Præmonstraten., S. Antonii de S. Antonio Viennen: & Societatis JEsu præfatorum, quàm quorumcunque aliorum Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institutorum professores omninò comprehendant, perinde ac si præfati, & alii quantumlibet privilegiati in eis nominatim expressi fuissent, edendæ verò in posterum per Nos, & Romanos Pontifices successores nostros, tam in favorem præfatæ Fidei Catholicæ, illiusque propagationis, & S. Officii Inquisitionis præfati, quam super quacunque alia re, negotio, seu materia, Costitutiones,

nes, dispositiones, & ordinationes hujusmodi similiter omninò comprehendant præfatos eorundem Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institutorum professores, nisi in edendis Constitutionibus hujusmodi specialiter, & expresśè excipiamus, etiamsi ipsi privilegiati forent magis speciali nota, & expressione digni, eisque privilegia, gratiæ, & indulta, à Sede Apostolica præfata, etiam sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, etiam motu, scientia, ac de potestatis plenitudine similibus, & consistorialiter, etiam contemplatione, vel ad instantiam Imperatoris, Regum, & aliorum Principum, tam per viam meræ concessionis, quàm communicationis, & alias quomodolibet concessa respectivè sint, quorum, seu quarum vigore, vel prætextu sint excepti, seu minimè comprehendi prætendant in Constitutionibus Generalibus, vel aliis

lius non facientibus plenam, & expressam eorum mentionem.

Jubetur ut præsentes Literæ, nunquam de subreptione, vel obreptione, vel alio vitio impugnari possint.

§. III. Præsentes verò literas omniaque, & singula in eis contenta, etiam ex eo, quod Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institutorum hujusmodi professores, vel alii quicunque in præmissis interesse habentes, seu quomodolibet habere prætendentes ad hoc vocati, & auditi, ac causæ, propter quas eædem præsentes emanarunt, adductæ, verificatæ, seu aliàs justificatæ non fuerint, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quovis etiam quantumvis substantiali defectu notari, impugnari, invalidari, retractari in jus, vel controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, aut aliud quodcunque juris, facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari nullatenus posse, neque sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pre-

tem-

tempore quomodolibet faciendis comprehendi.

§. IV. Sed semper ab illis exceptas semperque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, sicque per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, dictæque Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Præcipitur, ut præsens Constitutio semper valida & firma maneat.

§. V. Non obstantibus regula nostra de jure quæsito non tollendo, ac quibusvis aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon tàm S. Benedicti, Cisterciensis, Præmonstratensis, S. Antonii de S. Antonio

Contrariorum ampla derogatio.

nio

nio Viennensis, & Societatis JEsu præfatorum, quàm quorumcunque aliorum Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institutorum, juramento; confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consvetudinibus, etiam immemorabilibus, & privilegiis, necnon præfatis, & quibusvis aliis privilegiis, indultis, & Literis, Apostolicis, etiam Mare magnum, & aliàs quomodolibet nuncupatis eisdem Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Institutis eorumque Superioribus, bonis, rebus, Monasteriis, locis regularibus, & personis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exqui-

quisita forma ad hoc servanda foret illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris; hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

§. VI. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ, quodque eædem præsentes literæ, seu illarum exempla ad valvas Basilicarum S. Joannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ affixa omnes ita arctent, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimata fuissent. Transumptorum fides.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 5. Novembris 1631. Pontificatus nostri Annô nonô. Dies publicatis. Novembri 1631

M. A. Maraldus.

Die

Die, & Anno supradicto affixæ, & publicatæ fuerunt supradictæ Literæ ad valvas Curiæ, & Cameræ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, & aliis locis solitis, & consuetis, ut moris est, per me Andream Scalmanum SS. D. N. Papæ Cursorem.

CONFIRMATIO DECRETORUM
Congregationis S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum.

Super Celebratione Missarum, etiam cum declarationibus, & innovatione Decretorum ab eadem Congregatione, auctoritate fel: recor: Urbani Papæ VIII. desuper alias factorum.

Legen: singulis annis, 6. quoque Mense id est Feria 2. post primam Dominicam Adventus, & Feria 6. post Octavam Corporis Christi, vel decem diebus sequen:, ut ex speciali Decreto Sac: Congregatio Episcoporum, & Regularium. Dat: die 12. Martii 1638.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

NUper à Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum, S R. E. Cardinalium, Concilii Tridentini Interpretum prodie-

dierunt Decreta tenoris infrascripti, videlicet.

Aliàs super celebratione Missarum, ac prohibitione illas moderandi, seu reducendi absque Sedis Apostolicæ licentia, necnon super earundem oneribus perpetuis suscipiendis, & Religiosorum numero ultra redditus, & consvetas eleemosynas locorum Regularium non habendo emanarunt ab hac Sacra Congregatione S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum auctoritate per fel: rec: Urbanum VIII illi specialiter attributa, quamplura Decreta tenoris sequentis.

Cum sæpe contingat in quibusdam Ecclesiis, tam magnum Missarum celebrandarum numerum, ex variis Defunctorum relictis aut piorum eleemosynis impositum esse, ut illis pro singulis diebus præscriptis nequeat satisfieri, & tamen nova onera Missarum in dies suscipiantur; Indeque fiat, ut depereant piæ Testantium voluntates, obstricta Benefactoribus fides violetur, Defunctorum animæ suffragiis priventur, Ecclesiis debitus subtrahatur Cultus, ac Christi fideles gravi scandalo affecti, plerumque à similibus charitatis ope-

operibus retrahantur: Cumque his malis maximum inter cœtera fomentum præbeat, aut quod ii, qui Missas supra vires celebrandas suscipiunt, sperent illas brevi ad pauciorem numerum à Superioribus reductum iri, aut quod Ecclesiis forte pecuniarum assumpta, plerumque nuda remaneant onera Missarum, absque ullo emolumento, aut quòd eleemosyna pro illis celebrandis sit adeo tenuis, ut non facile inveniantur, qui velint huic se muneri subjicere, & redditus Ecclesiæ, aut Monasterii adeò exigui, ut Sacerdos pro necessaria sua sustentatione novis se oneribus obstringere compellatur. Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum animadvertens, facturam se rem Deo gratissimam, charitatique, ac justitiæ maximè consentaneam, si pro viribus satagat, hunc teterrimum abusum è Christiana Republica convellere, atque eradicare. Sanctissimi D. N. Urbani Divina Providentia Papæ VIII. auctoritate sibi specialiter attributa, infrascripta Decreta edidit.

Ac primò districtè prohibet, atque interdicit, ne Episcopi in Diœcesana Synodo, aut

aut Generales in Capitulis generalibus, vel alias quoquomodo reducant onera ulla Miſſarum celebrandarum, aut poſt idem Concilium impoſita, aut in limine fundationis, ſed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apoſtolicam Sedem recurratur, quæ, re diligenter perſpecta, id ſtatuet, quod magis in Domino expedire, arbitrabitur; alſoquin reductiones, moderationes, & commutationes hujuſmodi, ſi quas contra hujus prohibitionis formam fieri contigerit, omninò nullas, atque inanes decernit.

Deindè ubi pro pluribus Miſſis, etiam ejuſdem qualitatis celebrandis; ſtipendia, quantumcunque incongrua, & exigua, ſive ab una, ſive à pluribus perſonis collata fuerunt, aut conferentur in futurum Sacerdotibus, Eccleſiis, Capitulis, Collegiis, Hoſpitalibus, Societatibus, Monaſteriis, Conventibus, Congregationibus, Domibus, ac Locis Piis quibuſcunque, tam ſæcularibus, quàm Regularibus; Sacra Congregatio ſub obteſtatione Divini Judicii mandat, ac præcipit, ut abſolutè tot Miſſæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint,

ita, ut alioquin ii, ad quos pertinet, suæ obligationi non satisfaciant; quinimmò graviter peccent, & ad restitutionem teneantur.

Id verò, ut deinceps observetur exactiùs, Sacra Congregatio eadem auctoritate revocat Privilegia, & Indulta omnia quibusvis personis, Ecclesiis, ac Locis Piis tàm Sæcularibus, quàm Regularibus cujuscunque Ordinis, Congregationis, & Instituti, quamcunque ob causam concessa, quibus indulgeretur, ut certarum Missarum, vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus Collectis, seu Orationibus plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

Ac similiter omne damnabile lucrum ab Ecclesia removere volens, prohibet Sacerdoti, qui Missam suscepit celebrandam cum certa eleemosyna, ne eamdem Missam alteri, parte ejusdem eleemosynæ sibi retenta, celebrandam committat.

Præterea, ne in Ecclesiis, in quibus onera Missarum in perpetuum imposita sunt, Sacerdotes in eis, ut par est, adimplendis eo tepidiores, ac segniores reddantur, quod onera hujusmodi cum nulla, aut parva sint utilitate conjuncta; statuit, atque

que decernit, ut pecunia, ac bona mobilia Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monasteriis, Conventibus, ac Locis omnibus, tàm Sæcularibus, quàm Regularibus, atque illorum personis in futurum simplicitèr acquirenda cum onere perpetuo Missarum celebrandarum ab iis, ad quos pertinet, sub poena interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrenda à die realis acquisitionis, statim deponi debeant penès Ædem Sacram, vel personam fide, & facultatibus idoneam, ad effectum illa, seù illorum pretium, quamprimùm investiendi in bonis immobilibus fructiferis cum expressa, & individua mentione oneris, quòd illis annexum reperitur.

Ac si eadem bona immobilia Auctoritate Apostolica deinceps alienari contigerit, eorumdem pretium, sub eadem poena, ut supra, deponi, atque in aliis bonis stabilibus itidem fructiferis cum ejusdem oneris repetitione, atque annexione converti debeat.

Ad hæc Sacra Congregatio quibusvis Capitulis, Collegiis, Societatibus, & Congregationibus, necnon omnibus, & singu-

lis Ecclesiarum, ac piorum Locorum, tàm Sæcularium, quàm Regularium Superioribus, vel aliis, ad quos pertinet, districtè prohibet, ne inposterum onera perpetua suscipiant Missarum celebrandarum, Sæculares quidem sine Episcopi, vel ejus Generalis Vicarii; Regulares verò siue Generalis, vel Provincialis consensu, & licentia in scriptis, & gratis concedenda; alioquin Sæcularis, qui hujus prohibitionis transgressor extiterit, ab ingressu Ecclesiæ interdictus sit eo ipso. Regularis vero pœnam privationis omnium Officiorum, quæ tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cœtero obtinenda vocisque activæ, ac passivæ, absque alia declaratione incurrat.

Eleemosynas verò manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis ita demum iidem accipere possint, si oneribus antea impositis ità satisfecerint, ut nova quoque onera suscipere valeant; alioquin omniuo abstineant ab hujusmodi eleemosynis, etiam sponte oblatis in futurum recipiendis, & capsulas auferant ab Ecclesiis cum inscriptione illa: *Eleemosyna pro Missis*, vel alia simili sub iisdem pœnis ipso facto

cto incurrendis, ne Fideles hac ratione frustrentur.

Episcopus verò, seù ejus Vicarius, aut Generalis, vel Provincialis, ubi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requisiti, in singulis casibus deligenter inquirant, de singulis Missarum celebrandarum obligationibus, cuique Ecclesiæ, Monasterio, aut Loco Pio incumbentibus, nec antea assensum hujusmodi, aut licentiam præbeant, quàm eis legitimè constiterit, illius Sacerdotes tàm novo oneri suscipiendo, quàm antiquis jam susceptis satisfacere posse, præcipuamquè rationem habeant, ut redditus, qui Ecclesiis, & Locis Piis relinquuntur, omnino respondeant oneribus adjunctis secundùm morem, cujusque Civitatis, vel Provinciæ, intelligantque, si in re tanti momenti, desides, aut negligentes fuerint, in novissimo die se hujus prætermissi muneris rationem esse redditurος.

Postremo Illustrissimi Patres non sine gravi animi dolore intelligentes, mala ferè omnia, quæ Regularem disciplinam evertunt, ac præcipuè nimiam hanc facilitatem fovent, in oneribus Missarum su-

pra vires suscipiendis, veluti ex infecta radice, pullulare, ex majori Regularium numero, quàm ferant redditus, & eleemosynæ cujusque Monasterii; inhærentes Summorum Pontificum, ac Sacri Tridentini Concilii Decretis, hac de re editis, Sanctissimi Domini Nostri auctoritate præcipiunt ac mandant omnibus, & singulis Generalibus, Provincialibus, Commissariis, Ministris, Præsidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Gvardianis, Vicariis, & quibuscunque aliis Superioribus Monasteriorum, Conventuum, ac Domorum Regularium, bona immobilia possidentium, vel non possidentium, cujuscunque Ordinis, Congregationis, & Instituti existentium intra fines Italiæ, & Insularum adjacentium, ut singuli, ad quos pertinet in qualibet Provincia, adhibitis duobus, aut tribus Regularibus sui Ordinis, vel Congregationis probatioribus, & rerum usu peritioribus, bona immobilia, census, redditus, & proventus omnes, consvetas item eleemosynas, & obventiones tàm communes Monasteriorum, Conventuum, & Domorum ejusdem Provinciæ, quàm etiam singularibus personis Religiosis assignatas, seù per-

missas in communem usum deinceps conferendas, decem annorum immediatè præcedentium, habita ratione, diligentèr, & maturè recognoscant, iis omnibus detractis, quæ reparationes, præstationes, grandines, sterilitates, aliave cujuslibet generis onera consveverunt absorbere.

Eaque omnia scripto fideliter exarata, idem Superior, cujus interest, in proximo Capitulo, seu Congregatione generali, vel Provinciali coram tribus Judicibus ab ipsomet Capitulo, seù Congregatione deligendis proponat, qui computatis hujusmodi redditibus, eleemosynis, & obventionibus universis, & oneribus ut supra detractis sedulo examinent, quot Religiosi homines, connumeratis etiam Laicis, aliisque necessariis servientibus in unoquoque Monasterio, Conventu, & Domo regulari juxtà regionis, & proprii instituti morem, victum, & vestitum, & medicinalia in communi habentes, competenter valeant sustentari. Tum eorundem bonorum, reddituum, eleemosynarum, & onerum præcisam notam ipsimet Capitulo, seu Congregationi exhibeant, ut in illo diligenter, omnibus discussis, cujusque Familiæ

Monasterii, Conventûs, ac Domûs Regularis in singula quaque Provincia certus earum tantùm personarum numerus, Patrum Capitularium voto præfigatur, quæ redditibûs, eleemosynis, & obventionibûs, ut superiùs sufficienter ali possint.

Ne verò Superiores, qui id præstare debent, seriùs, aut remissius, quàm par est, suo muneri satisfaciant; mandat Sac: Congregatio, ut infra annum post proximum Capitulum generale, vel Provinciale computandum, omnia hoc de genere capitulariter gesta, in authenticam formam redacta, ad Sac: ipsam Congregationem Concilii singuli mittant.

Numerumque Familiæ, singulorumque Conventuum, Monasteriorum, & Domorum hujusmodi Regularium, Capituli, seù Congregationis generalis, vel Provincialis sententia, & authoritate præfinitum, iidē Superiores tam Generales, & Provinciales omnes, quàm Locales perpetuò servare omninò teneantur, nec possint illum quoquomodò augere, etiam prætextu augumenti reddituum absque Sacræ ipsius Congregationis licentia, Superiores autem hujusmodi, qui prædicta omnia in præ-

fixo

fixo termino non præstiterint, vel numerum, ut supra præscriptum, quovis modo augere præsumpserint, privationis omnium Officiorum, quæ tunc temporis obtinebant, vocisque activæ, ac passivæ, & ad omnia suæ Religionis Officia, & gradus inhabilitatis perpetuam pœnam eo ipso incurrere, atque aliis etiam gravioribus à Sede Apostolica infligendis pœnis Sacra Congregatio subjacere voluit, & declaravit.

Deinceps verò Monasterium, Conventus, Domus, Congregatio, vel Societas Religiosorum, seu Regularium nullibi recipiatur, nisi præter alia ad id requisita in singulis hujusmodi locis duodecim saltem Fratres, aut Monachi, seù Religiosi degere, & ex redditibus, & ex consvetis eleemosynis, detractîs omnibûs, ut supra detrahendis, competenter sustentari valeant ad præscriptum decreti fel: rec: Gregorii XV. hac de re editi; Alioquin Monasteria, & loca hujusmodi posthac recipienda, in quibus duodecim Religiosi, ut supra sustentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitaverint Ordinarii loci visitationi, correctioni, atque omnimodæ Jurisdictioni subjecta esse intelligantur.

Por-

Porrò, ne ullo unquam tempore hæc in oblivionem, seù desvetudinem abeant, Superiores locales cujusque Monasterii, Conventus, ac Domus Regularis curare, atque efficere teneantur, sub poena privationis Officii, vocisque activæ, & passivæ ipso facto incurrenda, ut in perpetuum, sexto quoque mense, ideft feria secunda post primam Dominicam Adventus, & feria sexta post Octavam Corporis Christi, præsentes ordinationes in publica Mensa perlegantur.

Omnibus tam Ecclesiasticis personis cujuscunque sint Ordinis, conditionis, & gradus, quàm Laicis quocunque honore, & potestate, præditis, præsentia Decreta declarandi, vel interpretandi facultate penitùs interdicta.

Non obstantibus, quoad suprascripta omnia, & singula in præsentibus decretis contenta, Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in favorem quarumcunque personarum, atque Ordinum, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum etiam S. Joannis Hierosolymitani, Congregationum Societatum, ac cujuslibet alterius Instituti, etiam necessariò, & indi-

individuo exprimendi Ecclesiarum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Capitulorum, Hospitalium, Confraternitatum, & aliorum quorumcunque, tàm Sæcularium, quàm Regularium Locorum, necnon illorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consvetudinibus, etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis, etiam Mari magno, seu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis, & iudividua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ser-

van-

vanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & formâ in illis traditâ observatâ, inserti forent, præsentibûs pró expressis haben:, quibus quoad ea, quæ præsentibus adversantur, illis alias in suo robore permansuris, Sacra Congregatio Sanctitatis Suæ auctoritate specialiter, & expresè derogat, cœterisque contrariis quibuscunque.

Et ne præmissorum ignorantia à quoquam prætendi possit, voluit eadem Sacra Congregatio, ut præsentes ordinationes in valvis Basilicarum S. Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Urbe, ac in acie Campi Floræ, ut moris est, affixæ, omnes, ad quos pertinet, ita arctent, & afficiant, ac unicuique personaliter intimatæ fuissent.

Utque earundem præsentium transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Dignitate, Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsùs fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ die 21. Junii 1625.

Cosmus Card: de Torres.

Prosper Fagnanus Sac: Cong: Secret.

Excitatis autem ſuper præmiſſorum decretorum intelligentia, ſeu interpretatione infraſcriptis dubiis, prodierunt à memorata Congregatione ſimili auctoritate, illi à præfato Urbano Papa VIII. ſpecialiter attributa reſponſiones, ſeu declarationes inferius apponendæ.

Super primo Sac. Congregationis decreto, de celebratione Miſſarum, quô prohibetur, ne Epiſcopi in Diœceſana Synodo, aut Generales, in Capitulis Generalibus, vel aliàs quoquomodo, reducant onera ulla Miſſarum celebrandarum, aut poſt idem Concilium impoſita, aut in limine fundationis.

Quæritur, quid ſi legatum ſit ita tenue, ut non ſit, qui velit onus illi injunctum ſubire, et ſi recurrendum ſit ad Sedem Apoſtolicam pro moderatione oneris, totum, aut fere totum inſumendum ſit pro expenſis ad id neceſſariis?

Et quid, ſi permittatur Epiſcopo in fundatione, ut poſſit hujuſmodi onera moderari.

Secundò, ſuper ſecundo ejuſdem Congregationis decreto, quo cavetur, ut celebrentur tot Miſſæ, quot ad rationem tributæ

tæ eleemosynæ præscriptæ fuerint.

Quæritur, an verba illa (præscriptæ fuerint) intelligenda sint de præscriptione facta ab Offerente, vel ab Ordinario?

Tertio, an cùm Ordinarius præscripserit eleemosynam congruam juxta qualitatem loci, personarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes stipendium minus congruò, teneantur Missas illis ab Offerente præscriptas celebrare?

Quartò, an Sacerdotes, qui tenentur Missas celebrare ratione Beneficii, seu Cappellæ, legati, aut salarii, possint etiam manualem eleemosynam, pro Missis votivis, aut Defunctorum recipere, & unicô Missæ Sacrificiô utrique oneri satisfacere?

Quintò, posito, quod Testator relinquat, ut celebrentur pro ejus Anima centum Missæ, absque ulla præscriptione eleemosynæ.

Quæritur, an liberum sit hæredibus, eleemosynam sibi benè visam præscribere, an verò eadem eleemosyna præscribenda sit ab Ordinario?

Sextò, super tertio Congregationis decreto, in quo eadem Congregatio revocat privilegia, quibus indulgetur, ut certarum

Missa-

Missarum, vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seu Orationibus plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

Quæritur, an verba (in futurum suscipiendis) intellidenda sint de oneribus suscipiendis post Privilegium?

Septimò, super quarto ejusdem Congregationis Decreto, quo prohibetur Sacerdoti, qui suscepit Missam celebrandam cum certa eleemosyna, ne eandem Missam alteri, parte ejusdem eleemosynæ sibi retenta, celebrandam committat.

Quæritur, an permittendum sit Administratoribus Ecclesiarum, ut retineant aliquam eleemosynarum portionem, pro expensis manutentionis Ecclesiæ, Altarium, inservientium, paramentorum, luminum, Vini, Hostiæ, & similium?

Octavo, an hoc decretum habeat locum in beneficiis, quæ conferuntur in titulum, idest, an Rector beneficii, qui potest per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare stipendium, ad rationem redituum Beneficii.

Decimo, an Sacerdotes, quibus aliquando offertur eleemosyna, major solita, pro cele-

celebratione Missæ, debeant dare eandem integram eleemosynam iis, quibus Missas celebrandas committunt; An verò satis fit, ut dent celebrantibus eleemosynam consvetam?

Undecimo, super quinto ejusdem Congregationis decreto, quo inter cœtera statuitur in hæc verba (eleemosynas verò manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis) ita demum iidem accipere possint, si oneribus antè impositis ita satisfecerint, ut nova quoque onera obire valeant; Alioquin omninò abstineant ab hujusmodi eleemosynis, etiam sponte oblatis in futurum recipiendis, & capsulas auferant &c.

Quæritur, an hoc decretum prohibeat absolutè, quo minùs accipiant novas eleemosynas ij, qui acceptis non satisfecerunt, & quid, si congruô tempore possint omnibus satisfacere?

Duodecimo, quid, si offerens eleemosynas, audito impedimento consentiat, ut Sacerdos Missam celebret, cum primum poterit.

Decimotertio; an pœna interdicti, & aliæ appositæ in eodem decreto afficiant tàm eos, qui accipiunt eleemósynas contra for-

formam ibi præſcriptam, quàm eos, qui non auferunt capſulas ab Eccleſiis, ùt ibidem præcipitur?

Decimoquartò, an in hoc Decreto comprehendantur illæ Capſulæ, quæ apponi ſolent in Ecleſiis, in die commemorationis omnium Sanctorum, & vulgò dicuntur (*Caſſe de Morti.*)

Decimoquintò, an Adminiſtratores Eccleſiæ, magnæ devotionis, & concursûs, poſſint eleemoſynas pro Miſſis celebrandis accipere, ſi iiſdem Miſſis, nonniſi poſt longum tempus ſatisfacere valeant, nè aliàs cultus Eccleſiæ, & devotio, an concurſus Fidelium, ùt ajunt minuantur.

Decimoſextò, quia prohibitio dicti Decreti videtur aliquibus directa ſolis Capitulis, Collegiis, Societatibus, Congregationibus, nec non omnibus, & ſingulis Eccleſiarum, & Piorum Locorum, tam Sæcularium, quàm Regularium Superioribus, de quibus fit expreſſa mentio, non autem privatis Sacerdotibus, qui tamen comprehendi videntur ſub clauſula generali, (*& aliis, ad quos pertinet*) ſupplicatur pro opportuna declaratione.

Decimoſeptimò, ſuper ſeptimo ejuſdem

Sacræ Congregationis Decreto, quô cavetur, ut in ſingulis Monaſteriis Religioſorum præfigatur numerus, qui ex conſvetis redditibus, aut eleemoſynis commodè poſſit ſuſtentári.

Quæritur, an ubi hæc præfixio facta jam fuit in vim ſimilis Decreti ſanctæ memoriæ Pauli V. abſque tamen computatione reddituum, cujuſque Religioſi, ſit denuò facienda, necne.

Decimo octavò, an Novitii, ad hibitum regularem admiſſi, poſſint admitti ad Profeſſionem in Monaſteriis, in quibus habita, ùt ſupra, præfixione numeri, commodè ali non poſſunt.

Decimononò, ſuper ultimo, quô cavetur, ut nullibi recipiantur Conventus Regularium, niſi præter alia ad id requiſita, duodecim ſaltem fratres in eis degere, & competentèr ſuſtentari valeant, itàut alioquin ſubſint juriſdictioni ordinariæ.

Quæritur, an hoc Decretum, quod videtur editum in ordine ad celebrationem Miſſarum, comprehendat eas Religiones, quæ non conſveverunt onera Miſſarum recipere, ut ſunt Religiones Cappuccinorum ac Societatis JEſu.

Ulti-

Ultimò, an idem Decretum, ubi supponit, ut nullibi recipiantur Monasteria, nisi &c. habeat locum in Italia duntaxat, ad quam est restrictum Decretum proximè antecedens, an verò extra Italiam.

Declarationis, seu Responsionis ad supradicta Dubia.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, auctoritate sibi à Sanctissimo Domino Nostro attributa, ad singula Dubia superiùs proposita, ad hunc modum respondit, videlicèt.

Ad primum, etsi legatum sit adeò tenue, nihilominùs pro reductione oneris, ùt suprà impositi, ab iis, ad quos pertinet, Sedem Apostolicam esse adeundam, quæ absque ulla impensa id statuet, quòd magis in Domino è re esse judicaverit: Verùmtamen, si in ipsa Beneficii erectione expresè cautum fuerit, ut liceat Episcopo injunctum onus reducere, ac moderari legem hanc fundationis, quàm Decreta hac de re edita non sustulerunt, esse validam, & observandam.

Ad secundum, esse intelligenda de præscriptione facta ab eo, qui eleemosynam tribuit, non autèm ab Ordinario: Quòd si

tribuens eleemosynam numerum Missarum celebrandarum non præscripserit, tunc tot Missas celebrari debere, quot præscripserit Ordinarius secundùm morem Civitatis, vel Provinciæ.

Ad tertium, teneri.

Ad quartum, Sacerdotes, quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione Beneficii, seu Cappellæ, Legati, aut Salarii, si eleemosynas pro aliis etiam Missis celebrandis susceperint, non posse eadem Missa utrique obligationi satisfacere.

Ad quintum, censuit, ubi nullam certam eleemosynam Testator reliquit, esse ab Episcopo præscribendam eleemosynam congruam, quæ respondeat oneribus Missarum celebrandarum, secundùm morem Civitatis, vel Provinciæ.

Ad sextum, ita esse intelligenda.

Ad septimum, respondit, permittendum non esse, ut Ecclesiæ, ac Loca Pia, seu illorum Administratores, ex eleemosynis Missarum celebrandarum ullam, utcunque minimam portionem retineant ratione expensarum, quas subeunt in Missarum celebratione, nisi cum Ecclesiæ, & Loca Pia alios non habent redditus, quos in usum

ſum earundem expenſarum erogare licitè poſſint, & tunc quam portionem retinebunt, nullatenùs debere excedere valorem expenſarum, quæ pro ipſomet tantùm Miſſæ Sacrificio neceſſariò ſunt ſubeundæ, & nihilominùs eo etiam caſu curandum eſſe, ut ex pecuniis, quæ ſuperſunt, expenſis, ùt ſuprà deductis, abſolutè tot Miſſæ celebrentur, quot præſcriptæ fuerint ab Offerentibus eleemoſynas.

Ad octavum, non habere locum. Sed ſatis eſſe, ut Rector Beneficii, qui poteſt Miſſam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti eleemoſynam congruam, ſecundùm morem Civitatis, vel Provinciæ, niſi in fundatione ipſius Beneficii aliud cautum fuerit.

Ad decimum, debere abſolutè integram eleemoſynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec ullam illius partem ſibi retinere poſſe.

Ad undecimum, reſpondit, non prohibere abſolutè; Ac propterea, & ſi oneribus jam ſuſceptis non ſatisfecerint, poſſent tamèn nova etiam onera ſuſcipere Miſſarum celebrandarum, dummodò infrà modicum tempus poſſint omnibus ſatisfacere.

Ad duodecimum, quàmvis Onera suscepta infrà modicum tempus adimpleri nequeant, si tamen tribuens eleemosynas pro aliarum Missarum celebratione, id sciat, & consentiat, ut illæ tunc demum celebrentur, cùm susceptis oneribus satisfactum fuerit, Decretum non prohibere, quominùs eo casu eleemosyna accipiatur pro iisdem Missis juxtà Benefactoris consensum celebrandis.

Ad decimum tertium, has pœnas non habere locum, nisi in suscepturis onera perpetua Missarum celebrandarum sinè licentia Episcopi, vel ejus Generalis Vicarii, aut Generalis, vel Provincialis.

Ad decimum quartum, comprehendi.

Ad decimum quintum. Non posse, nisi de consensu eorum, qui eleemosynas tribuunt, ùt suprà in responsione ad duodecimum.

Ad decimum sextum, comprehendi etiam privatos Sacerdotes.

Ad decimum septimum, numeri præfixionem esse iterum faciendam, servatâ formâ ultimi Decreti hac de re editi.

Ad decimum octavum, esse admittendos ad professionem, si aliàs habiles existant,

ſtant, ac deindè in aliquo alio Monaſterio ejuſdem Religionis eſſe collocandos, ubi commodè ali poſſint.

Ad decimum nonum, cenſuit comprehendere.

Ad ultimum, habere locum extra Italiam.

Coſmus Card. de Torres.

Proſper Fagnanus Sac: Cong: Secret.

Cum autem ſuper præmiſſis diverſi irrepſerint abuſus; illorumque occaſione, quàmplures querelæ, & recurſus ad Apoſtolicam Sedem pervenerint; Cupiens eadem Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum hujuſmodi deteſtabiles abuſus è Chriſtiana Republica pro viribus evellere; ac opportunè providere, ut ſublatis fraudibus, ac emendatâ negligentia, piè Diſponentium, ſeù Benefactorum voluntati fides illibata ſervetur, Defunctorum animabus integra, & prompta præſtentur ſuffragia, itidemque Deo major gloria, & Eccleſiis præſtantior cultus reddatur, prævia auctoritate per SS. D. N. Innocentium Divinâ Providentiâ Papam XII ei ſpecialitèr attributa infraſcripta Decreta, priùs in particulari nonnullorum ex

præfatis Cardinalibus per Sanctitatem Suam deputata, & postea in generali hujusmodi Cardinalium Congregatione maturè, & accuratè discussa, recognita, & examinata edidit.

In primis, præinserta Decreta cùm præmissis illorum declarationibus, plenissimè, & amplissimè approbat, confirmat, & innovat, omniaqúe, & singula ibidem contenta, & expressa iterum omnî meliori modô decernit, statuit, ac ab omnibus, & singulis etiam speciali, & individua nota, seù expressione dignis penitùs observari, & omnimodè executioni demandari decernit, sancit, & præcipit.

Insuper, ut in re tanti momenti consultiùs, ac majori, ut par est, circumspectione procedatur; Si qui forsan fuerint, vel sint, qui suis pravis, & erroneis intentionibus, seù opinionibus blandiri volentes Missarum celebrationem omittunt sub malitiosa, vel irrationabili spe earundem condonationem, vel reductionem à Sede Apostolica, vel compositionem à Reverenda Fabrica S. Petri de Urbe obtinendi; Congregatio præfata tum eosdem, tum quoscunque alios, qui posthac in adeò detesta-

testabiles abusus ausi fuerint offendere, certiores fieri, & monitos esse voluit, præfatas condonationes, & reductiones ab eadem Sede, nonnisi ex rationabili causa, seu æqua commiseratione; compositiones verò à dicta Fabrica utente suis facultatibus, & privilegiis, nonnisi ex causa pariter rationabili, & cum clausulis opportunis, & præsertim cum illa: *Dummodò malitiosè non omiserint animo habendi compositionem, aliàs gratia nullo modo suffragetur*, admitti consuevisse, & solere, quapropter, ut locus omnis imposterum hisce prætextibus præcludatur, memorata Congregatio tales intentiones, opiniones, seù spes, ac eleemosynarum, sive in toto, sive in parte versiones in alium, quàm præfatarum Missarum usum, seù satisfactionem, & quascunque aliàs directas, vel indirectas, immediatas, vel mediatas contraventiones, seù circumventiones declarat prorsùs irrationabiles, injustas, ac illicitas, illásque omninò reprobat, damnat, & interdicit.

Cùmque hujusmodi absurda ex eo plerumque proveniant, quòd onera Missarum supra vires suscipiantur, caveant omnes, &

& ſinguli Rectores, Superiores, & Miniſtri quarumcunque tum Sæcularium, tum Regularium Eccleſiarum, ſeù illarum Capitula, nè onera, ſeù Miſſas tum perpetuas tùm temporales, tùm etiam manuales, quarum ſatiſfactioni impares fuerint, quôquômodó ſuſcipiant, ùtque id ipſum quoad fieri poterit, pateat, teneantur iidem conficere, ſemperque in loco magis patenti, & obvio retinere Tabellam onerum perpetuorum, & temporalium literis perſpicuis, & intelligibilibus deſcriptorum, quorum implemento, ſi moralitèr, & intra præſcriptum, ſeù breve tempus ſatisfacere non poſſe, ſeù illa duntaxat, & non ulteriora adimplere poſſe crediderint, ſeù credere debuerint, alias Miſſas, ſivè perpetuas, ſivè temporales, ſivè manuales per ſe, vel per interpoſitas perſonas quôquômodô recipere, ſeù acceptare omninò deſiſtant, ſeù abſtineant, & ulteriùs tali caſu in eadem Tabella ſimilitèr exprimant ſeſe, propterea aliis Miſſis acceptandis, & celebrandis, impares eſſe.

Iidemque teneantur paritèr in Sacrario duos libros retinere, ac in eorum altero ſingula onera perpetua, & temporalia, in altero autem Miſſas manuales, & tam il-

lorum

lorum, quàm illarum adimplementum, & eleemosynas distinctè, & diligenter annotare, & annotandas, seu annotanda curare, singulisque annis de supradictis adimplementis, eleemosynis, & oneribus pariter e. exactam rationem suis Superioribus reddere, ac omnes, & singulas rationes hujusce modi in præfatis respectivè libris simili distinctione, & diligentia, tam præfati, à quibus rationes debent reddi, quàm Superiores, quibus reddendæ erunt, describere, seu annotare, sivè describendas, vel annotandas respectivè curare.

Quibus semper salvis, & debeant ulteriùs Regulares prædicti, omnes, & quascunque eleemosynas tum manualium, tum perpetuarum, & temporalium Missarum reponere in capsa particulari sub duabus clavibus, quarum una penès Superiorem localem, altera verò penès alium, à Capitulo Conventuali deputandum retineantur, ac de iisdem eleemosynis, & celebratione Missarum coram Patribus Discretis, seu Consiliaris, vel aliô similî modô nuncupatis singulis mensibus districtam rationem exigere, & respectivè reddere.

Quòd si prædicti, ad quos cura Tabellæ, Ca-

Capsæ, & librorum præfatorum respectivè pertinet, seu pertinere debet, suam operam præmissis, ùt præfertur, minimè navaverint, & Superiores, tum Sæcularium, tum Regularium Ecclesiarum rationem prædictam non exegerint, seu non invigilaverint, quòd præfati; qui in curam Tabellarum, & librorum incumbunt suo muneri, ùt præfertur, satisfaciant, in singulis respectvè casibus Sæculares pœnam suspensionis incurrant; Regulares verò voce activa, & passiva, ac gradibus, & officiis; quæ obtinent ipso facto, & absque alia declaratione privati sint, & intelligantur, necnon ad hujusmodi gradus, & officia obtinenda similiter inhabilitentur, & inhabilitati sint, & intelligantur.

Porrò, nè ullo unquam tempore omnia, & singula decreta prædicta in oblivionem, seu desvetudinem abeant. Rectores, Superiores, seu Capitula Ecclesiarum Sæcularium illa retineant publicè exposita in eorum Sacrario; Superiores verò Locales cujuscunque Monasterii, Conventûs, ac Domûs Regularis curare, & efficere teneantur sub pœna privationis officiorum, quæ obtinent, vocisque activæ, &

& passivæ ipsô factô incurrenda, ut in perpetuum sextô quoque mense, ideſt feriâ secundâ qoſt primam Dominicam Adventôs, & feriâ sextâ poſt Octavam Corporis Chriſti omnes, & singulæ præmissæ tum insertæ, seu confirmatæ, tum in præsens factæ Ordinationes unà cùm dictis declarationibus in publica Mensa perlegantur.

Meminerint igitur, & satagant Ordinarii, ut à personis, & in Ecclesiiis quôquômodô etiam in vim Decretorum Concilii Tridentini sibi subjectis, Missæ ea, qua par eſt, fide, & diligentia celebrentur, & cuncta, & singula decreta hujusmodi omnimodæ executioni demandentur, nedum juſtitiam recurrentibus, seu inſtantibus reddentes, sed ex officio tum in Visitationibus, tum in aliis actibus, & modis, quos expedire, & convenire toties, quoties judicaverint, inquirentès, ne aliquid committatur, pervertatur, differatur, vel omittatur, quod his omnibus, & singulis decretis adversetur.

Caveant etiam respectivè omnes Regulares tùm Subditi, tùm Superiores quicunque nedum locales, sed etiam Provinciales, & Generales, nè Missarum celebratio,

& om-

& omnium Decretorum præmissorum executio, cum pernicie propriarum animarum, cum præjudicio illarum, quibus Missæ sunt applicandæ, & cum magno Christi fidelium scandalo quoquomodo omittantur, differantur, negligantur, seu pervertantur, alioquin ultra propriæ conscientiæ onerationem, pœnam privationis vocis activæ, & passivæ, ac graduum, & officiorum, quæ obtinent, necnon inhabilitationis, ad hujusmodi gradus, & officia obtinenda prorsus incurrant.

Curent propterea præfati Superiores Regulares in omnes, & singulos Contravenientes debitis pœnis deligenter, & promptè etiam per inquisitionem animadvertere, & insuper teneantur omnes, & singuli Superiores locales in Provincialibus Capitulis, seu Congregationibus exhibere attestationem, seù fidem ab omnibus Sacerdotibus Conventûs, Monasterii, seu cujuscunque Domûs regularis subscriptam, & juratam, quod omnibus, & singulis tum perpetuis, tum manualibus Missarum oneribus, seu obligationibus ad limites, & tenore præsentium decretorum tempore eorum regiminis fuerit omninò, & integra-

graliter satisfactum, vel deficiente aliqua modica satisfactione, possit etiam hujusmodi residuali implemento Missarum distinctè referendarum intra breve tempus moraliter satisfieri, ea adjecta, & omninò adimplenda conditione, antè præfatæ attestationis exhibitionem quicunque Superiores locales prædicti vocem activam, seu passivam in memoratis Capitulis, seu Congregationibus omninò habere non valeant.

Præterea Provinciales, Vicarii, & Visitatores Provinciarum, seù Congregationum debebunt in fine eorum regiminis Superioribus Generalibus in forma probante ostendere, quòd executioni præsentium decretorum sedulò invigilaverint, & ad eorum tenorem in omnibus, & singulis Conventibus, seu Monasteriis, vel Domibus Regularibus Provinciæ, seu Congregationis de omnibus, & singulis oneribus, & obligationibus, ac insimul satisfactionibus Missarum exactam, & diligentem rationem exegerint, ac contra delinquentes ad declarationem, & executionem respectivè pœnarum in decretis contentarum processerint, & de adimplemento circa ea, quæ

quæ in præmissis ad ipsos spectant legitimè docuerint, aliàs ad vocem activam, & passivam in Capitulis Generalibus nullatenus admittuntur.

Cœterùm, quia etiam ad quamplures Archiconfraternitates, Confraternitates, Societates, Congregationes, Hospitalia, Altaria, Cappellas, Oratoria, & Ecclesias, ac alia loca, & opera pia quomodolibet nuncupata, quæ cuicunque curæ, seu regimini, aut administrationi, vel directioni Laicorum cujuslibet gradûs, status, conditionis, & præeminentiæ, etiam speciali, & individuali nota dignorum duntaxàt, vel quorumcunque Ecclesiasticorum, & Laicorum hujusmodi mixtim commendata, annexa, seu quomodocunque commissa vel attributa sunt, seu cura celebrationis Missarum, sive manualium, sive ad tempus, vel in perpetuum pertinet; Hinc salvis semper iis, quæ in præinsertis decretis continentur omnes, & quicunque hujusmodi Archiconfraternitatum, Societatum, Congregationum, Hospitalium, Altarium, Cappellarum, Oratoriorum, & Ecclesiarum, ac aliorum locorum, & operum piorum Rectores, seu Administratores, vel Directores

ctores, & alii hujuſmodi Officiales, necnon ii, ad quos cura Tabellæ, & librorum in præmiſſis ſpectat Tabellam, libros, & hæc decreta reſpectivè juxta modos ſuperiùs expreſſos, ſimiliter retinere, necnon de oneribus, ac celebrationibus, & eleemoſynis dictarum Miſſarum ſingulis annis rationem exigere, & reſpectivè, iis, ad quos pertinet, reddere ſub pœnis arbitrio, & in ſubſidium excommunicationis, teneantur.

Poſtremò omnibus, & quibuſcunque tam Eccleſiaſticis perſonis cujuſcunque Ordinis, Statûs, Gradûs, Regulæ, Congregationis, Societatis, conditionis, & dignitatis exiſtant, quàm Laicis quocunque honore, ac poteſtate præditis omnia, & ſingula præmiſſa decreta interpretandi, nec non Eccleſiaſticis prædictis pœnas in hujuſmodi decretis relaxandi, ſub quoquo modo circa præmiſſa diſpenſandi, omnis, & quæcunque facultas ſit penitùs interdicta.

Non obſtantibus quoad ſupraſcripta omnia, & ſingula in hujuſmodi decretis contenta, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis in favorem quarumcunque Perſonarum, atque Ordinum tam

Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum, etiam S. Joannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac cujuslibet alterius Instituti, etiam necessariò, & in individuo exprimendi, Ecclesiarum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Capitulorum, Hospitalium, Confraternitatum, & aliorum quorumcunque tam Sæcularium, quàm Regularium locorum, necnon illorum etiam Juramentô, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & & consvetudinibus etiam immemorabilibus privilegiis quoque indultis, & Litteris Apostolicis etiam mari magno, seu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis

mis

mis ſpecialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, & formâ in aliis traditâ obſervatâ, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habens, quibus quoad ea, quæ præſentibus adverſantur illis aliàs in ſuo robore permanſuris, Sac: Congregatio Sanctitatis Suæ auctoritate ſpecialiter, & expreſsè derogat, cæteriſque contrariis quibuſcunque; Datum Romæ die 23. Novembris 1697.

Joſeph Card: Sacripantes Præfectus.

Ferdinandus Nuptius Sac: Cong: Sec.

Quocirca, cum dilectus filius noſter Joſeph Tituli Sanctæ Mariæ Tranſpontinæ S. R. E. Presbyter Cardinalis Sacripantes, memoratæ Congregationis Præfectus, præfata Decreta nobis retulerit, Nos conſiderantes eadem omnia, & ſingula Decreta, eâ, qua decet maturitate digeſta, & examinata, ac in vim Apoſtolicæ auctoritatis, eidem Congregationi ſpecialiter, ut præfertur, attributæ, per acta perutilia fore, cenſentes; illaque propterea perpetuò, &

inviolabiliter obſervari, necnon Conſtitutionis noſtræ munimine roborare volentes. Motu proprio, non ad cujuſquam Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, & matura deliberatione, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, præinſerta Decreta, omniaque, & ſingula in eis contenta tenore præſentium auctoritate Apoſtolica confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis, & irrefragabilis Apoſtolicæ firmitatis robur, & efficaciam adjicimus, quinimò motu, ſcientia, deliberatione, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus omnia, & ſingula in ſupradictis Decretis contenta, de novo ſtatuimus, decernimus, & ordinamus, ac ab omnibus, & quibuſcunque etiam ſpeciali, & individuâ notâ dignis omninò exactè, & perpetuò ſervari volumus, ſancimus, & mandamus.

Decernentes, præſentes literas, cum omnibus, & ſingulis inibi contentis ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunque, & quomodocunque ſpectabit

ctabit in omnibus, & per omnia plenissimè, & inviolabiliter observari, sicque, & non aliter per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, quavis auctoritate, præeminentiâ, aut potestate fungentes, & functuros, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere; Ac irritum, & inane, si secùs super his à quoquam, quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus omnibus, & singulis, quæ præfata Congregatio, auctoritate per ejusdem recordationis Urbanum Papam VIII., & respectivè per Nos illi specialiter attributa, decrevit non obstare, quæ pariter, & iterum Nos tenore præsentium non obstare decernimus, & mandamus, quibus omnibus quoad ea, quæ præsentibus adversantur, illis, aliàs in suo robore permansuris, etiam harum serie plenissimè, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Volumus autem, ut præsentes literæ in

valvis Ecclesiæ Lateranensis, ac Basilicæ Principis Apostolorum necnon Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque Generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, publicentur, & affigantur, sicque publicatæ, & affixæ, omnes, & singulos, quos illæ concernunt perinde arctent, & afficiant, ac si unicuique eorum personaliter intimatæ fuissent.

Pariterque, ut earundem præsentium transumptis impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillô personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsùs fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergò omninò hominum liceat, paginam hanc nostrarum confirmationis, approbationis, statuti, decretorum, ordinationis, voluntatis, sanctionis, mandatorum, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem

An-

Annô Incarnationis Dominicæ, millesimô sexcentesimô nonagesimô septimô, decimô Kalendas Januarii, Pontificatûs Nostri Annô Septimô.

B. Card: Prodat: J. F. Card: Albanus.

Visa de Curia J. Ciampinus.

J. Catallus.

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno à Nativitate Domini Nostri JESU Christi millesimo nonagesimo octavo, Indictione sexta, die verò tertia Januarii, Pontificatûs autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Innocentii Divinâ Providentiâ Papæ XII. Anno septimo, supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Ecclesiæ S. Joannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, Curiæ Innocentianæ, Cancellariæ Apostolicæ, in acie Campi Floræ, & in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Joannem Baptistam de Cappellis ejusdem Sanctissimi D. N. Papæ Curs.

Franciscus Antonius Simoncellus Mag: Curs.

DECRETA

Sacræ Congregationis Concilii.

De Regularibus Apostatis, & Ejectis

Legen: bis in Anno cum aliis Decretis sequentibus, latis à san: mem: Clemente VIII. pro

Reformatione Regularium, ac institutione, receptione, & educatione Novitiorum.

SAcra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, Regularium ejectorum, & fugitivorum statui consulere, illorumque scandala summovere, & succrescentem numerum frangere operæ pretium existimans, auditis Religionum Superioribus, reque diligentissimè perpensa, communicatô etiam consiliô cum Sanctissimo Dòmino Nostro Urbano VIII. atque ex peculiari Sanctitatis Suæ facultate, infrascripta decreta edidit.

Ac primò, ut infecta semina, è quibus pravi ejusmodi fructus potissimùm prodeunt, deinceps nè ferantur in Vinea Domini, censuit, esse innovandas, & Sanctissimi authoritate innovat Constitutiones, & Decreta generalia Sanctæ memoriæ Clementis VIII. ad Regularium reformationem, ac Novitiorum receptionem, professionem, atque institutionem spectantia, districtèque præcipit Generalibus, atque aliis omnibus Ordinum Superioribus, ut illa exactè observent, atque, ut observentur, efficiant sub pœnis statutis in iisdem Constitutionibus. A quibus tamen excipiendum censuit,

caput illud, quô decernitur, nè in Conventibus, seu Monasteriis ad Novitios recipiendos hactenus designatis, & approbatis, seu in posterum designandis, & approbandis Novitii ad habitum ullatenùs recipi possint, nisi priùs à Congregatione Reformationis Apostolicæ, vel à propriis locorum Ordinariis expressè, & nominatim approbati fuerint. A cujus quidem Decreti observatione Sacra Congregatio justis de causis censuit, Regulares esse absolvendos, prout, authoritate Sanctissimi Domini Nostri, absolvit, atque exemit.

Deinde, ut apostatandi opportunitas Regularibus præripiatur, statuit, ut de cœtero nullus permittatur, ad arctiorem Religionem transire, nisi priùs Superiori legitimè constiterit, eam Religionem paratam esse illum recipere, qui licentiam petit, tumque regularis, recta se transferat ad arctiorem. Quod ut re ipsa adimpleatur, idem Superior omnî studiô, ac diligentiâ invigilet.

Rursus statuit, ut fugitivi, & Apostatæ, sive habitum regularem deferant, sive non, possint, ac debeant ab Episcopo loci, ubi moram trahunt, in carceres conjici, ac

Su-

Superioribus Regularibus consignari, secundùm regularia Instituta puniendi, utque ipsi quoque Superiores teneantur eos perquirere, ad Religionem reducere, atque efficere, ut apprehendantur, salva tamen in omnibus facultate Ordinariis locorum attributa Decreto Concilii *cap: 3. sess. 6.*, Quòd si Apostatæ hujusmodi citrà montes infrà quatuor, ultra montes verò infrà octo menses à præsentis Decreti publicatione inchoando, sua sponte ad suam quisque Religionem redierit, tum pœnarum omniū ipsis propter Apostasiam inflictarum aut infligendarū remissionē, atque impunitatē assequātur. Ità tamen ut debeant à Superiore absolutionem humiliter petere, & coram eo culpam fateri, atque emendationem polliceri: Superior verò è contra benignè illos teneatur excipere, ab hujusmodi pœnis absolvere, & paterna charitate complecti.

Ad hæc, ut in posterum è Religionibus nullus legitimè professus ejici possit, nisi sit verè incorrigibilis; Verè autem incorrigibilis minime censeatur, nisi non solùm concurrant ea omnia, quæ ad hoc ex juris communis dispositione requiruntur, sublatis hac in parte Statutis, & Constitutioni-

bus

bùs cujuſque Religionis, & Ordinis, etiam à Sede Apoſtolica approbatis, & confirmatis: Verùm etiam unius anni ſpatiô in jejunio, & pœnitentia probetur in carceribus; Proindeque unaquæque Religio privatos habeat carceres in qualiber ſaltem Provincia. Elapſo autem Annô ſi nihilominùs non reſipuerit, ſed animò induratô in ſua pervicacia perſeveraverit, nè contagione peſtifera plurimos perdat; tanquam pecus morbida, ac membrum putre ejici tandem poſſit, ſed ab ipſomet Generali tantùm de conſilio, & aſſenſu ſex Patrum ex gravioribus Religionis eligendis in ſingulis Capitulis, vel Congregationibus Generalibus; Tumque nonniſi inſtructo ſecundùm eorum ſtylum, & Conſtitutionis, Proceſſu, & plenè probatis cauſis expulſionis ad Sacrorum Canonum præſcriptum. Intereà tamen uſque ad primum Generale Capitulum, ſeu Congregationem proximè celebrandam, ſi quempiam ex juſtis, & neceſſariis cauſis expellere oportebit, ejectio fieri poſſit à Generali cum conſilio, & aſſenſu ſex Patrum, ut ſupra, quos idemmet Generalis eligere debeat infra quatuor Menſes à præſentis Decreti publicatione;

Ser-

Servatâ tamen in reliquis formâ superiùs præscriptâ. Sic verò ejecti, quamdiu non, redierint ad Religionem, in habitu Clericali incedant, atque Ordinarii Loci Jurisdictioni, & obedientiæ subsint, proindeque, Generalis illicò expulsionis sententiam, eidem Ordinario notificare teneatur, Cœterum Sacra Congregatio Religionum Superiores seriò admonet, ac per JESU Christi viscera obtestatur, ut memores paternæ charitatis, & mansvetudinis, quàm profitentur, nihil intentatum relinquant, ut lucrentur animas fratrum suorum ferè in fundum malorum delapsas, antequam gravissimum, atque extremum expulsionis remedium experiantur. Idque eò magis, quòd Subditorum sangvinem, qui ex malo negligentium, & sui Officii immemorum Prælatorum regimine peribunt, Dominus Noster JEsus Christus in Supremo Dei Judicio de eorundem Prælatorum manibus sit requisiturus.

Præterea statuit, ut iidem Superiores nemini ex Religiosis expulsis literas Testimoniales concedant, illos ad Sedem Apstolicam rejicientes, vel jubentes aliam, ingredi Religionem.

Item-

Item, ut ejecti extra, Religionem degentes ſint perpetuo ſuſpenſi ab exercitio Ordinum, ſublata Ordinariis locorum facultate dictam ſuſpenſionem relaxandi, aut moderandi.

Ac poſtremò eſſe innovandam, & ſuæ Beatitis authoritate innovat Conſtitutionẽ fel record: Gregorii Noni relatam in *Cap: fin: de Regul:* ac propterea declarat, eam Conſtitutionem in iis quoque vendicare, ſibi locum, ſervandumque eſſe, qui juſtè, diffinitivequè, ac juris ordine ſervato expulſi fuerint; Dummodò tamen in expulſis hujuſmodi ſubſit ſpes evidens emendationis ex litteris ſaltem teſtimonialibus Ordinarii, cujus conſcientiam in his litteris concedendis Sac: Congregatio ſeriò oneravit.

Nè qua verò difficultas in ſupraſcriptis Decretis, & Ordinationibus exequendis ſuboriatur, Sacra Congregatio, Sanctiſſimo Domino Noſtro annuente, atque approbante, univerſis Generalibus, Provincialibus, Commiſſariis, Miniſtris, Præſidentibus, Abbatibus, Prioribus Præpoſitis, Gvardianis, Vicariis, & quibuſcunque aliis Superioribus quorumcunque Ordinum vel Congregationum, Monaſteriorum

Conventuum, Collegiorum, Domorum, ac Locorum Regularium ubique locorum existentium injungit, serioque mandat, ut illa diligenter observent, atque observari procurent in omnibus Cœnobiis, ac Monasteriis, Collegiis, ac Domibus quorumcunque Monachorum, ac Regularium ubique Locorum existeutibus, efficiantque, ut tam Decreta supradicta felic: rec: Clementis VIII. quàm præsentes Ordinationes in singulis ejusmodi locis bis saltem in anno legantur in publica Mensa.

Si quis verò ipsorum adversus ea, quæ superiùs præscripta sunt, vel eorum aliquid, quôquômodô facere, vel moliri præsumpserit, ipso facto pœnam incurrat privationis omnium Officiorum, quæ tunc obtinebit, vocisque activæ, & passivæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa inposterum obtinenda, pœnaque hujusmodi sit Sanctitati Suæ, ac Sedi Apostolicæ reservata, iisdem Superioribus, etiam Generalibus, & Protectoribus illam moderandi, seu relaxandi potestaté penitùs interdicta, & nihilominùs sit irritum, & inane quidquid secùs, à quoquam actum extiterit. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinatio-

nibus

nibus Apostolicis in favorem quarumcunque personarum, atque Ordinum, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Congregationum, Monasteriorum, Conventuum, Domorum, ac Locorum Regularium quorumcunque, necnon illorum etiam juramentô, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, vel consvetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis, & privilegiis, etiam in corpore juris clausis, aut ex causa, vel titulo oneroso, vel in limine fundationis concessis, etiam Mari Magno, seu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis, etiam Motu proprio, & certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibèt, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per

clau-

clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitùs omisso, & formâ in illis traditâ observatâ, inserti forent, præsentibus pro expressis habens, quibus quoad ea, quæ supradictis quomodolibèt adversantur, illis aliàs in suo robore permansuris, specialiter, & expressè Sanctitatis Suæ authoritate derogat, cœterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ die 21. Septembris 1624.

C. Cardinalis Torres.

Loco † Sigilli.

Prosper Fagnanus Sac: Congr: Sec.

DECRETUM

De Ejectis, & Ejiciendis.

Auctoritate SS. D. N. Innocentii Papæ XII. editum die prima Martii 1693.

INstantibus Procuratoribus Generalibus Religiosorum Ordinum pro moderatione Decretorum de Apostatis, & Ejectis editorùm à Sacra Congregatione Concilii, & à san: mem: Urbano Papa VIII, Annô 1624. confirmatorum, ut facilior modus incor-

incorrigibiles ejiciendi præſcribatur, Sacra Congregatio à Sanctiſſimo Domino Noſtro Innocentio Papa XII. ſuper præmiſſis particulariter deputata Eminentiſſimorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Carpinei, Caſanate, Mariſcotti, de Norfolcia, de Lauræa, de Aguirre, & Colloredi, perpenſis eorundem Procuratorum Generalium Votis, nè conſortio morbidarum pecudum cœteræ corrumpantur, & remedia hucuſque ad ſanitatem oblata malè affectis officiant magìs, quàm proſint, maturo examine, zelô Regularis diſciplinæ conſervandæ, cenſuit, ſtatuit, & auctoritate ejuſdem Sanctiſſimi Domini Noſtri ſibi ſpecialiter attributa, hæc in poſterum ſervanda decrevit.

1. Quod firmis, ac in ſuo robore ſemper manentibus prædictis Decretis de Apoſtatis, etiam ſecundùm eam partem ubi agitur de Ejectis, & Ejiciendis, tanquam Sacris Canonibus, & communiori SS. Patrum menti conformibus quoad Ejectos eadem ſerventur, quæ in alio ſimili Decreto hac præſenti die emanato de Apoſtatis, & Fugitivis ſtatuta ſunt, & indulta; Quodque ad præſcriptam legem Sanctæ memoriæ

Gregorii IX. *in Cap: final: de Regul:* annuatim Fugitivi requirantur, & respectivè cogantur ad Claustra reverti.

2. Quòd annus integer, qui in prædictis Decretis anni 1624. præscribitur in pœnitentia, & jejunio ad ejiciendos Incorrigibiles, ad sex tantùm menses continuos in posterùm coarctetur, & restringatur.

3. Quòd facultas Generalibus Ordinum de consilio, & assensu sex ex gravioribus Religiosis in singulis Capitulis, & Congregationibus Generalibus ad Causas Ejiciendorum eligendis, attributa, extendatur etiam ad quoscunque Provinciales, qui, electis pariter in Congregationibus Provincialibus sex gravibus ex propria Provincia Religiosis à Generali confirmandis, de illorum consilio, & assensu Causas hujusmodi cognoscant, & ad effectum ejiciendi Incorrigibiles suæ Provinciæ, & Ejectionem pronuntiandi, accedente approbatione Generalis, definiant, salvâ semper Sanctæ Sedis, & Sac: Congreg: Concilii, in casu recursus & appellationis, auctoritate.

4 Quòd in posterùm Processus conficiantur juxta Regulas, Constitutiones, Ordinationes, & stylum cujusque Ordinis,

&

& Religionis donec aliter fuerit à Sac: Congregatione provisum.

5. At quia nimia sinè delectu facilitas recipiendi quoscunque Religionis ingressum petentes, & à Religione forsan alienos, duram satis tractu temporis necessitatem parit eosdem è Claustris ejiciendi, ne hujusmodi semina, quæ à principio ad fructum faciendum cadunt in terram bonam, paulatim contaminata inordinatis moribus usque ad incorrigibilitatem succrescant in paleas, eadem Sacra Congregatio, annuente Sanctissimo Domino Nostro sub interminatione Divini Judicii, necnon privationis vocis activæ, & passivæ, ac Dignitatum, & Officiorum obtentorum, cum inhabilitate ad eadem in posterùm obtinenda, quibuscunque prædictorum Ordinum Superioribus districtè præcipit, & mandat, omnia, & singula Decreta san: mem: Clementis VIII. registrata post Decretum san: mem: Urbani VIII. de Apostatis, & Ejectis incipien: *Regularis Sanctissimus, & Nullus*, unà cum aliis subsequentibus Decretis, Provisionibus, Ordinationibus, & respectivè moderationibus, bis in anno legi, eadem ad unguem servari, pœnas in eisdem con-

tentas innovari, & Capitibus Ordinum transintimari, nè hujusmodi Decretorum transgressores, qui in lege gloriantur, per prævaricationem Legis Deum inhonorent, & nè militiæ Christi adscripti tam de facili fiant desertores, ac profugi. Datum Romæ die 24. Julii 1694.

G. Card: Mariscottus Pro Præfectus.

Loco † Sigilli.

R. Pallivicinus S. Cong: Conc: Secret.

DECRETA GENERALIA

Felic: record: Clementis Papæ VIII.

Ad Regularium reformationem, ac Novitiorum receptionem, professionem, atque Institutionem spectantia aliàs facta, & publicata.

De Novitiis ad habitum Regularem, & Professionem non admittendis, nisi in Conventibus designandis.

CLEMENS PAPA VIII.

REgularis disciplinæ restitutioni, pro qua potissimùm juxta nostri muneris debitum laborare non desistimus; illud imprimis magnum impedimentum afferre quotidiano usu compertum est, quod in omnibus Conventibus, iis præsertim, qui

ma-

majori reformatione indigent, singuli ad Religionem venientes, passim recipiuntur. Unde fit, ut quò magis Nos variis Constitutionibus malè affectas radices amputare studemus: eò magis in dies depravata, infructuosaque ejusmodi noviter profitentium germina succrescant. Cui quidem malo occurrere volentes, præsenti Decretô statuimus, districtèque præcipimus, omnibus Generalibus, Provincialibus, Commissariis, Ministris, cœterisque Superioribus Conventuum intra Italiæ, & Insularum adjacentium fines existentium quibuscunque, & quorumcunque Ordinum Mendicantium, ut de cœtero neminem sub quovis prætextu, aut colore ad habitum regularem admittant, nisi in Conventibus auctoritate nostra propediè in unaquaque Provincia designandis. Insuper sancimus, ut quoad ejusmodi Conventus, ut præfertur, per Nos deputati non fuerint, omnes præfatorum Ordinum Superiores à receptione quorumcunque Novitiorum, sive ad habitum, sive ad professionem omninò abstineant. Superior, qui hujus Decreti transgressor extiterit, ipsô factô pœnam privationis omnium officiorum,

quæ tunc obtinebit, vocisque activæ, & perpetuæ inhabilitatis ad alia imposterùm obtinenda, se noverit incurrisse, ac aliis etiam pœnis arbitriô nostrô subjaceat. Receptiones verò, & professiones quaslibet eorum, qui contra hujusmodi Decretum nostrum admissi fuerint, nullas, & irritas exnunc decernimus, & declaramus, Privilegiis, Statutis, & consvetudinibus quibuscunque in contrarium minimè obstantibus. Datum Romæ die 12. Martii 1596.

Renovatio, & ampliatio ejusdem Decreti.

De Novitiis ad habitum Regularem non recipiendis, nisi in Monasteriis, & locis designandis.

SAnctissimus in Christo Pater, & Dominus Noster D. Clemens Divinâ Providentiâ Papa VIII. cùm jamdudum animadverteret collapsæ Regularis disciplinæ restitutioni, pro qua potissimùm, juxtà sui muneris debitum vigilare, ac laborare non desistit, illud imprimis magnum impedimentum afferre, quòd in omnibus Monasteriis, & Conventibus, iisque præsertim, qui majori indigent reformatione, singuli ad Religionem profitendam accedentes, pas-

sim

ſim, ac ſine delectu recipiuntur, ac inde fieri, ut quò magis variis Conſtitutionibus malè affectas radices evellere ſtudet, eò magis infructuoſa noviter profitentium germina quotidie ſuccreſcant, cumque ob zelum, ac deſiderium, quô tenetur Sanctitas Sua, omnes Regulares ad vetus ſuæ cujuſque Religionis inſtitutum redigendi, diſtrictè prohibuerit, nè quis in certis Monachorum, & Mendicantium Ordinibus ad ſuſcipiendum habitum Religionis admitteretur, profiteretur vè, quouſque Monaſteria, & Conventus aliquot deſtinarentur, in quibus poſſet commodiùs Regularis obſervantia, ſecundùm reformationem à Sanctitate Sua inſtitutam introduci: Quia tamen non obſtante tali prohibitione, cognovit nonnullos fuiſſe, vel ſub colore facultatis, & licentiæ à Sanctitate Sua obtentæ, vel quia talis prohibitio ad illorum notitiam non pervenerit receptos, & admiſſos, præter mentis ſuæ ſenſum: Idcircò huic malo proſpicere volens, nè licentiarum, ac facultatum hujuſmodi ſubreptione, ac prætextu, Decretum Sanctitatis Suæ irritum reddatur; Nunc denuò diſtrictè præcipit, ac mandat omnibus Generalibus,

Provincialibus, Commiſſariis, Miniſtris, Præſidentibus, Abbatibus, Prioribus, & Gvardianis quibuſcunque, cœteriſque Superioribus, Conventuum, Monaſteriorum, ac Domorum quocunque nomine appellentur, intra Italiam, & Inſularum adjacentium fines exiſtentium, quorumcunque Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium (exceptis tamen Carthuſianorum, Fratrum Minorum de ſtrictiori obſervantia, necnon Capuccinorum Sancti Franciſci, Reformatorum Sancti Dominici, Diſcaleatorum Ordinis Carmelitarum, necnon Fratrum Congregationis Fulienſis, Ciſtercienſis Ordinis, ac Eremitarum Eremi Camaldulenſis, & Montis Coronæ, Clericorum Regularium Theatinorum, & Societatis JESU, S. Pauli Decollati, & aliorum de Somaſcha, Miniſtrorum Infirmorum, reſpectivè Ordinibus, Societatibus, ſeu Congregationibus nuncupatis, quæ etiam anteà exceperat, & nunc iterum excipiendo, voluit prohibitionem hanc ad illa nullô modô extendi.) Nè ſub cujuſvis licentiæ, & facultatis impetratæ, vel impetrandæ, obtentu, niſi per Literas in forma Brevis duntaxat, & non alias, quem-

quam

quam ad habitum Regularem suscipiendum, nec etiam conversos, nisi in Conventibus, Monasteriis, & Domibus, auctoritate ejusdem SS. D. N. propediè̀m in unaquaque Provincia designandis, recipere, aut receptos ad professiones admittere ullô modô audeant. Quinimò contra primam prohibitionem Sanctitatis Suæ receptos etiamsi imperfectum habitum, aut sinè caputio gerant, post præsentis Decreti in Romana Curia publicationem, omninò ejicere debeant.

Superiorem autem, qui hujus Decreti transgressor extiterit ipsô factô pœnam privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vocis activæ, & passivæ, & perpetuæ inhabilitatis ad alia imposterùm obtinenda, eo ipso incurrere voluit, ac decrevit, & aliis etiam pœnis arbitriô Sanctitatis Suæ imponendis subjacere.

Receptiones verò, & professiones quaslibet eorum, qui contra hujusmodi Decretum admissi fuerint, nullas, & irritas esse ad quemcunque effectum, ex nunc decernit, & declarat.

Hoc autem Decretum noluit Sanctitas Sua eos Ordines comprehendere, qui Conven-

ven-

ventus, Domos, & Monasteria à se probatâ pro Novitiorum receptione, & educatione, hactenùs permissione sua constituerit.

Cœteras verò licentias, sive particulares, quæ in hanc diem effectum non sunt sortitæ, revocat, & annullat.

Vult autem Decretum hoc suum in solitis locis Urbis publicatum, ità prædictorum singulos afficere, ac si cuilibet personaliter fuisset intimatum, Privilegiis, Statutis, & Constitutionibus quibuscunque in contrarium minimè obstantibus.

Datum Romæ apud S. Marcum die 20. mensis Junii 1599.

Decreta pro reformatione Regularium, tam Monachorum, quàm Mendicantium cujuscunque Ordinis, & Instituti.

CLEMENS PAPA VIII.

1. NUllus omnino prætextu cujuscunque privilegii, vel Superioritatis, etiam Generalatûs, à servitio Chori censeatur immunis, nisi pro tempore, quô quis in proprii officii munere actu fuerit occupatus. Cum Lectoribus autem, & Prædicatoribus Superiores iis tantùm diebus, quibûs eos legere, aut prædicare contigerit, dispen-

dispensare possint; Idem quoque præstare valeant cum ægrotis, & studiorum causâ legitimè impeditis. In eos verò, qui negligentes, aut inobedientes fuerint, salutari pœnitentiâ Superiores animadvertant ad præscriptum Regulæ, & Constitutionum, alimenti etiam, si opus fuerit, subtractione.

2. Lectio Sacræ Scripturæ, vel Casuum conscientiæ, bis in hebdomada præscriptîs diebûs in singulis Monasteriis, & Conventibus habeatur, ad quam Fratres omnes conveniant, eaque absoluta, mutua collatione circa explicatam doctrinam sese utiliter exerceant.

3. Quò Tridentini Concilii Decreta de paupertatis voto custodiendo fideliùs observentur. Præcipitur, ut nullus ex Fratribus, etiamsi Superior sit, bona immobilia, aut pecuniam, proventus, census, eleemosynas, sive ex concionibus, sive ex lectionibus, aut pro Missis, tam in propria Ecclesia, quàm ubicunque celebrandis, aliove ipsorum justo labore, & causa, & quocunque nomine acquisita, etiamsi subsidia consanguineorum, aut piorum largitiones, legata, aut donationes fuerint, tanquam propria, aut etiam nomine Conventûs posside-

re

re possit: sed ea omnia statim Superiori tradantur, & Conventui incorporentur, atque cum cœteris illius bonis, redditibus, pecuniis, ac proventibus confundantur, quo communis inde victus, & vestitus omnibus suppeditari possit.

4. Neque Superioribus, quicunque illi sint, ullô pactô liceat ejusdem Fratribus, aut eorum alicui bona stabilia, etiam ad usumfructum, vel usum, administrationem, aut commendam, etiam depositi, aut custodiæ nomine concedere.

5. Eorum verò, quæ ad necessitatem concessa erunt, nullus quicquam possideat, ut proprium, neque ut propriô utatur.

6. Qui in præmissorum aliquo deliquerit, pœnas, nedum à Concilio Tridentino præscriptas; sed alias quoque multo graviores, Superiorum arbitriô imponendas, incurrat.

7. Nulla quorumcunque Superiorum dispensatio, nulla licentia quantùm ad bona immobilia, vel mobilia, Fratres excusare possit, quòminus culpæ, & pœnæ ab ejusdem Concilii Decretis impositæ, & ipso factô incurrendæ obnoxii sint, etiamsi Superiores asseverent hujusmodi dispensationes

nes

nes, aut licentias concedere posse, quibus in ea re fidem minimè adhiberi volumus.

8. Fratrum vestitus, & suppellex cellarum ex communi pecunia comparetur, & omninò uniformis sit Fratrum, & quorumcunque Superiorum, statuique paupertatis, quam professi sunt, conveniat: ità ut nihil superflui admittatur; nihil etiam, quod sit necessarium, alicui denegetur.

9. Quæcunque Fratrum vestes, sive laneæ; sive lineæ, omnisque alia suppellex in aliquem commodum Conventûs locum deferantur, ibique ab uno, vel duobus Fratribus, huic muneri deputatis diligenter custodiantur, ut indè Superioris arbitriô, prout unicuique opus fuerit, subministrati opportunè possint.

10. Omnes etiam Superiores, quicunque illi sint, eodem pane, eodem vino, eodemque obsonio, sive eadem (ut ajunt) pictantia, in communi mensa prima, vel secunda, nisi infirmitatis causâ impediti fuerint, vescantur, neque singulare aliquid, quo privatim quisque in cibum utatur, ullô modô afferri possit, si quis in ea re peccaverit, nihil ea die alimenti percipiat, nisi panem, & aquam.

11. Superiores omnes, etiam Generalis, qui redditus, aut præstationes peculiares ratione officiorum habent, eorum accepta, & expensa in libro distincto fideliter, & diligenter adnotari curent, neque in alios usus, quàm ratione officii sui necessarios, quicquam expendant. Cùm verò contigerit ipsos in aliquo Conventu commorari, eam pecuniæ quantitatem in commune conferant, ex qua sibi, & iis, qui secum erunt, victus, ad præscriptum Regulæ, & Constitutionum suppeditetur.

12. Nullus ex Superioribus locorum, administrationem bonorum, aut aliarum rerum, dispensationemque pecuniarum, & reddituum sui Conventûs, etiam nomine Conventûs, per se ipsum habere, sive exercere possit; sed universum id onus tribus Fratribus ejusdem Conventûs à Generali ità demandetur, ut unus rerum, & bonorum, reddituumque colligendorum, ac exigendorum curam habeat; alter tanquam Depositarius, pecunias, ac cœtera ab illo collecta, & exacta fideliter asservet; alius de pecuniis, & rebus à Depositario acceptis, Priori, & Fratribus, ac Conventui universo de necessariis; mandante tamen

ipſo Priore, non ſecundùm proprium affe-
ctum, ſed juxtà charitatis regulam, velu-
ti bonus diſpenſator, provideat, officiorum
hujuſmodi confuſione penitùs interdicta.

13. Cœterùm hi tres tam impenſi, quàm accepti ſingulîs menſibûs Superiori locali, adhibitis etiam duobus, vel tribus Fratribus ejuſdem Conventûs probatioribus, rerumque uſu peritis, rationem reddant; Deindè ipſimet rurſus, præſentibus Priore, & peritis prædictis, Generali, cùm advenerit: denique ipſe Generalis, in quolibet proximo Capitulo Generali, ſaltèm coram tribus Judicibus ab ipſo Capitulo ad hoc conſtitutis, illorum omnium, univerſamque ſuæ adminiſtrationis tam publicæ, quàm privatæ rationem reddere teneatur, cujus etiam exemplum authenticum ex actis Capituli deſcribatur, ad hoc, ut ad omne mandatum noſtrum, vel Sedis Apoſtolicæ Romam tranſmitti poſſit.

14. In unoquoque Conventu Fratrum is tantùm deinceps conſtituatur, & in poſterum retineatur numerus, qui ex redditibus illius propriis, vel ex communibus conſvetis, vel etiam ſingulorum eleemoſynis, aliiſve quibuſcunque obventionibus

in

in commune (ùt præfertur) conferendis, commodè possit sustentari; redditus verò, & supradicta omnia in communi loco, ac tuto diligenter asserventur.

15. Superioribus autem, nè Concilii Tridentini, aut hæc nostra Decreta declarare, interpretari, aut relaxare ullô modô possint; omninò interdicimus, & prohibemus, decernentes &c. Si quis autem contrà præsumpserit attentare, is eo ipso omni gradu, officiôque privatus, & ad ea perpetuò inhabilis existat.

16. Nullus, nisi actu legat, vel prædicet, aliquo sui gradûs privilegio gaudeat.

17. Si alicui ex necessaria causa Generalis judicio probanda, socius ex eodem Ordine, qui illi minister, concedendus erit, is nisi vigesimum quintum agat annum & qui communi servitio sit deputatus, non concedatur, & si commodè fieri potest, sit laicus conversus.

18. Ut omnis scandalorum, & vagationis occasio tollatur, Conventûs clausura perpetuò, ac diligenter servetur, ac propterea à Superiore Janitor constituatur qui diligentia, ac morum integritate maximè commendetur: is januæ custodiendæ sem-

semper assistat, eamque nemini Fratrum aperiat, nisi socium; & exeundi licentiam obtinuerit.

19 Nullus à Conventu egredi audeat, nisi ex causa, & cum socio, licentiaque singulis vicibus impetrata, ac benedictione accepta à Superiore, qui non aliter eam concedat, nisi causâ probatâ, sociumque exituro adjungat, non petentis rogatu, sed arbitriô suo, neque eundem sæpius. Licentiæ verò generales exeundi, nulli omninò concedantur.

20. Contravenientes autem pœnâ gravi, etiam carceris ad Superioris arbitrium plectantur; eandem etiam Janitor subeat, si sciens exeundi facultatem fecerit.

21. Cùm autem quis in Conventum revertitur, Superiorem iterum adibit, benedictionem recepturus, qui à socio itineris rationem, & quid rei actum sit, diligenter perquirat.

22. Nullos Fratres Romam venire Superiores permittant, nisi priùs à Generali, vel Protectore duntaxat licentiam in scriptis impetraverint.

23. Si quis autem sinè hujusmodi facultate Romam venire præsumpserit, voce

activa, & passiva bienniô privatus existat, subiturum etiam aliàs arbitratu Superiorum infligendas pœnas. Quæ item omnia, adversùs eos qui supradictos admiserint, & receperint, sinè ulla exceptione locum habeant.

24. Habeat Superior clavem ità affabrefactam, ut cùm sibi videbitur cellas omnes reserare possit, & propterà nullus cellam, etiam noctu ità claudat, quin semper à Superiore possit aperiri.

25. In medio Dormitorii totam noctem lampas colluceat.

26. Nullus etiam Superior cellas, sive in claustro, sive alibi separatas à communi dormitorio habeat, sed unusquisque unica cella eadem cum cœteris aliorum fratrum conjuncta, nudis omnibus parietibus, ac lecto, & mensa, humilibus, uniformique supellectili (ùt præfetur) quemadmodum Religiosos decet, contentus sit: possit tamen Generalis alicui ex Superioribus Conventuum, si eorum muneris, & officii necessitatem id exigere cognoverit: alteram etiam cellam concedere.

27. Cellæ, sive ædiculæ, quæ extra dormitorium separatim sunt, ad officinas,

aut

aut aliàs ad communem uſum, & commoditatem Conventûs redigantur.

28. Sigillatim ſuô quiſque lectô cubet, neque ullibi duo eodem lecto dormire poſſint, qui omnes ad certam formam redigendi erunt.

29. In privatis cellis nulli Camini permittantur: ſed omnes obſtruantur ſtatim, cardinibus etiam è parietibus convulſis, ut res illa non ad tempus facta, ſed perpetuò duratura videatur; Cellis tamen Generalis, aut alterius Superioris, ac Prædicatoris exceptis.

30. Conventûs feneſtræ omnes, quæ in vias publicas, aut in vicinas laicorum ædes proſpiciunt, murô ità obſtruantur, ut omninò is proſpectus impediatur.

31. Valetudinarium in ſingulis Conventibus certô, ac ſalubriorî locô conſtituatur, quod pro loci ſitu, ac Fratrum numero, quoad fieri poterit commodiſſimum eſſe poſſit, in quo Fratres omnes, cùm ægrotabunt, curentur, nec indè niſi recuperata ſanitate abire permittantur. Qui verò infirmorum curæ præpoſiti ſunt, omni ſedulitate, ac charitate operam ſuam præſtabunt, ac curabunt, nè quid ægrotis

omninò desit, quod ad sanitatem recuperandam pertineat.

32. Ineatur ratio, quâ, sublatis licentiis, ac facultatibus hactenùs quibuscunque concessis, degentes extra Conventûs claustra, ad ea quamprimùm revocentur, nec de cœtero, nisi ex gravissima causâ à Sede Apostolica probanda, hujusmodi facultates concedi possint.

33. Nulli imposterum ad habitum, aut professionem admittantur, nisi in Conventibus per Sedem Apostolicam in qualibet Provincia deputandis.

34. Curent Superiores, ut Constitutio interdicens largitiones munerum, & præscribens hospitalitatis formam, ab omnibus in quolibet Conventu inviolabiliter observetur.

35. Ut omnis Officiorum ambitûs occasio præcludatur, caveant omnes à directa, vel indirecta vocum, seu suffragiorum procuratione, tam pro se ipsis, quàm pro aliis, tum in Capitulis locorum, tum in cœteris præsertim Generalibus Capitulis, aut Congregationibus, seu alibi. Quicunque secùs fecerint, præter aliàs pœnas, & Censuras hactenùs contra hujusmodi ambientes

tes inflictas, quas in suo robore permanere volumus, in pœnam privationis Officiorum quæ obtinent, eo ipso incidant, & ad futura quæcunque pariter inhabiles habeantur, super quo cum eis dispensari à nemine possit, nisi à Nobis, vel Successoribus nostris, & pro qualitate culparum graviùs etiam plectantur. Porrò supradictas omnes pœnas ad complices, ac simpliciter scientes, & non revelantes extendimus.

36. In superiorum, & Officialium omnium electionibus forma præscripta à Sacro Concilio Tridentino, & Ordinis Constitutionibus inviolabilitèr servetur, jurentque Electores secundùm veritatem cujusque Conscientiæ probiores, ac magìs idoneos se electuros, ac propterea priùsquam ad electionem deveniatur, in primis & ante omnia prælegantur Constitutiones de qualitate, & requisitis eligendorum, ad Officia, gradus, & Prælaturas illi præcipuè eligantur, qui possint, & consueverint Regulas Ordinis, & Constitutiones observare, præsertim quæ pertinent ad servitium Chori, ac vestitum, & victum communem.

37. Eligantur in Capitulo Generali, vel

Provinciali aliquot graves, & Periti ex Fratribus cujuslibet Provinciæ, saltem tres, qui dimittendos ad prædicationem verbi Dei, vel ad audiendas Confessiones etiam ipsorum Fratrum, ac Lectores publicos diligenter simul examinent priùsquam probentur, & ad hujusmodi ministeria admittantur. Horum etiam curæ sit examinare, & probare, tam quoad Doctrinam, quàm quoad mores, promovendos ad quoscunque Ordines, in quo servetur Decretum Congregationis Interpretum Sacri Concilii Tridentini, hac de causa, nuper editum, & promulgatum.

38. Illud porrò Superiores omnes in Domino admonemus, ut memores sint rationis, quam in novissimo die reddituri sunt pro grege sibi commisso, ac propterea omni studio invigilent, ut quæ in eorundē Ordinu Regulis, & Constitutionibus de Oratione Mentali, silentio, jejuniis, Capitulo culparum, aliisque Spiritualibus Exercitiis prudenter, ac piè sancita sunt, ea omnia & singula ad unguem observentur, intelligantque super his veluti fundamentis omnium Religionum ædificia construenda, & amplianda esse, quæ ut faciliorem

exi-

exitum sortiantur, & fructus uberiores in animis Fratrum producant, valdè opportunum erit, si in quolibet Conventu, singulis hebdomadis habeatur sermo de Religiosa Disciplina, Regularique Observantia.

39. Quò verò omnia ordinatè peragantur, appendatur tabella, in loco conspicuo uniuscunque Conventûs, in qua distinctè adnotetur, quid singulis horis cujusque diei quilibet Frater præstare debeat, ut certô quoque signô præmonitus, majore animi præparatione suo muneri satisfacere possit. Quæ Ordinis Constitutiones, his Decretis non adversantur, inviolatè custodiendæ erunt.

40. Quibus horum Decretorum capitibus certa pœna præscripta non est, arbitriô Generalis, vel alterius immediati Superioris infligatur. Ut autem hæc Decreta (donec, alia, quæ pleniorem reformationem facient, edantur) ab omnibus observari possint, districtè præcipimus Generalibus, ac omnibus aliis quibuscunque Superioribus, ad quos hoc spectat, ut curent ac efficiant, ea omnia inter alias eorundem Ordinum Constitutiones perpetuò valitu-

lituras redigi, interdicta omninò eorum singulis facultate, illas declarandi, & adversùs eas unquam dispensandi. Alioquin sciant se in pœnam, Generalatûs, & officiorum privationis, ac inhabilitatis perpetuæ ad alia quoque munera ipsô factô, & sinè ulla exceptione respectivè incidisse.

41. Nè verò prætextu dilatæ publicationis eorum observatio, quôquômodô, differri possit, aut impediri, volumus, ut post illorum publicationem in Conventu, vel Monasterio cujuslibet Ordinis de Urbe factam, Generalem, aliosque Ordinum Superiores, cœterosque quoscunque Fratres præsentes, statim: reliquos verò absentes citra montes, unius mensis, ultra montes, trium mensium spatiô ita arctent, ac si eorum singulis personaliter intimata fuissent.

42. Insuper mandamus, quòd Generales in singulis Conventibus citra montes unius mensis, ultra verò montes, trium mensium cursu, Decreta supradicta publicari faciant, sub pœna privationis Generalatûs, aliisque arbitriô nostrô imponendis. Datum Romæ apud Sanctum Petrum die 25. mensis Junii 1599.

De-

DEcretum illud, quô Fratres Romam petere cum Generalis, & Protectoris licentia duntaxat permissum est, Sanctitas Sua extendi ad Provincialem decreuit, ità ut Provincialis ipse ex causa communi totius Provinciæ duntaxat facultatem hujusmodi facere valeat, declaravitque pœnam privationis vocis activæ, & passivæ contrafacientibus inflictam Sanctitati Suæ reservatam esse, interdicta omninò eorum Superioribus singulis, etiam Generali, ac Protectori facultate illam moderandi, ac relaxandi, Datum Romæ die 20. Mar: 1601.

Decretum fel: rec: Clementis Papæ Octavi, super casuum reservatione ab omnibus Regularium Superioribus observandum.

SAnctissimus Dominus Noster, qui jam pridem accuratè perpendit, ac re ipsa comperit, quòd reservatio facultatis absolvendi Religiosos pœnitentes à peccatis quibusdam gravioribus, nisi Superiores admodum prudenter, ac moderatè illa utantur, nonnullos infirmiores, qui interdum Superiori suo conscientiæ maculas detegere formidant, adducere possent in æternæ damnationis periculum, & spiritualis re-

medii desperationem; Ideo, ut huic malo Sanctitas Sua opportunè prospiceret, decrevit, ut nemo ex Regularium Superioribus peccatorum absolutiones sibi reservet, exceptis iis, quæ sequuuntur, aut omnibus, aut eorum aliquot, prout Subditorum utilitati expedire prudenter in Domino judicaverint.

Veneficia, Incantationes, Sortilegia.

Apostasia à Religione, sive habitu dimisso, sive retento, quando eò pervenerit, ut extra septa Monasterii, seu Conventûs fiat egressio nocturna, ac furtiva è Monasterio, seu Conventu egressio, etiam non animô apostatandi facta.

Proprietas contra votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale. Juramentum falsum in judicio regulari, seù legitimo.

Procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum faciendum post animatum fætum, etiam effectu non secuto.

Falsificatio manûs, aut sigilli Officialium Monasterii, aut Conventûs. Furtum de rebus Monasterii, seu Conventûs in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale.

Lapsus carnis voluntarius opere consummatus.

Occi

Occiſio, aut vulneratio, ſeu gravis percuſſio cujuſque perſonæ.

Malitioſum impedimentum, aut retardatio, aut apertio literarum à Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores.

Si quod aliud prætereà peccatum grave pro Religionis conſervatione, aut pro conſcientiæ puritate reſervandum videatur, id non aliter fiat, quàm Generalis Capituli in toto Ordine, aut Provincialis in Provincia, matura diſcuſſione, & conſenſu.

Non liceat Superioribus Regularium confeſſiones Subditorum audire, niſi quando peccatum aliquod reſervatum admiſerint, aut ipſimet ſubditi spontè, ac proprio motu id ab iis petierint.

Superiores in ſingulis domibus deputent duos, tres, aut plures Confeſſarios, pro ſubditorum numero majori, vel minori, iique ſint docti, prudentes, ac charitate prædìti, qui à non reſervatis eos abſolvant, & quibus etiam reſervatorum abſolutio committatur, quando caſus occurrerit, in quo eam debere committi ipſe imprimis Confeſſarius judicaverit.

Tam Superiores pro tempore exiſtentes,

quam

quàm Confeſſarii, qui ad ſuperioritatis gradum fuerint promoti, caveant diligentiſſimè, nè eâ notitiâ, quam de aliorum peccatis in confeſſione habuerunt ad exteriorem gubernationem utantur.

Licebit tamen Superioribus determinare pœnitentias graves quibuſdam peccatis, etiam non reſervatis à Confeſſariis imponendas, quæ Subditos ab hujuſmodi perpetrandis cohibere poſſint.

Atque ità per quoſcunque Regularium Superiores, quicunque illi ſunt, obſervari mandavit. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac cujuſvis Concilii, & etiam generalis Decretis, necnon conſvetudinibus, etiam ab immemorabili tempore obſervatis, aut Regulis in Generalibus, ſeu Provincialibus Capitulis editis, ſtatutis, & Conſtitutionibus, etiam Apoſtolica auctoritate confirmatis, privilegiis, indultis, & conceſſionibus quorumcunque, quarum tenores hìc pro expreſſis haberi voluit, cœteriſque in contrarium facientibus quibuſcunque.

Datum Romæ apud S. Petrum die 26. menſis Maji Annô Domini 1593.

Sanctitas Sua deinceps declaravit, & de-

clarat, ut si hujusmodi Regularium Confessariis casûs alicujus reservati facultatem petentibus Superior dare noluerit, possint nihilominùs Confessarii illa vice pœnitentes Regulares, etiam non obtenta à Superiore facultate, absolvere.

Formula concedendi facultates pro Novitiis ad regularem habitum recipiendis in Monasteriis, & locis designatis.

SAnctissimus in Christo Pater, & D. N. D. Clemens Divinâ Providentiâ Papa Octavus cùm Regularem disciplinam restituere, atque in pristinum statum revocare maximè cuperet, Regularesque omnes, vitam, moresque suos ad rationem ejus instituti, quod quisque professus esset, ità componere, ut quæ ad votorum vim, habitum, victumque communem pertinent, ea potissimùm singuli religiosissimè observarent, generali Decreto, quod mense Junii anni 1599. promulgatum fuit, Ordinum Religiosorum Superioribus (nonnullis exceptis) prohibuit, nè aut Novitios reciperent, aut quemquam ad professionem antè admitterent; quàm à Sanctitate Sua Monasteria aliquot ad eam rem præscripta essent

sent, in quibus observantia regularis vigeret. Nunc verò eadem Sanctitas Sua à locorum etiam Ordinariis, quibus id muneris demandaverat, certior facta, infrascriptis Monasteriis, & Conventibûs Ordinis N. præfinitum esse numerum duntaxat eorum, qui vel ipsius Monasterii censibus, vel consvetis eleemosynis sustentari ibi commodè possunt, atque in iis omnibus fideliter, observari quæ sunt cum illorum professionis perfectione conjuncta, nempe castitatis, paupertatis, & obedientiæ vota, unà cum cœteris decretis particularibus, vel instituti ipsius, vel Pontificiis etiam ad victum, vestitumque communem spectantibus (ipso Decreto, ùt supra, edito, & promulgato, nequaquam obstante) potestatem facit Superiori ejusdem Ordinis Novitiatûs in infrascriptis Monasteriis,&Conventibus erigendi Novitios recipiendi, educandi, atque ad professionem admittendi, modò tamen id ad præscriptum instructionis jussu Suæ Sanctitatis editum neque aliô modô fiat. Quoniam verò ea est Suæ Sanctitatis mens, & voluntas, ut in Monasteriis, & Conventibus ad alendos Novitios præfinitis, regularis obser-

vantia perpetuò retineatur, mandat, & præcipit, ut in ipsis præscriptus jam personarum numerus in posterum servetur, nullusque omninò Superior cujusvis conditionis, personarum, & Novitiorum numerum augere præsumat, eâ pœnâ propositâ, ut in omnibus privatus officiis, vocis activæ, & passivæ jus omne amittat. Vult denique Sanctitas Sua hujusmodi facultatem per Congregationem Reformationis Apostolicæ hôc Decretô Secretarii manu subscriptô concedi, non obstante Decreto, ùt suprà promulgato. Datum Romæ die &c. præscribitur verò numerus Sacerdotum . . ., Clericorum . . . ., Novitiorum.... Conversorum autem. . . .

N. Visitationis, & Reformationis Ap: Sec.

Decretum super forma recipiendi Novitios Regularium ad habitum, & professionem.

SAnctissimus in Christo Pater, & D. N. D. Clemens Divinâ Providentiâ Papa VIII., qui aliàs pro Regularis disciplinæ restitutione, singulis Regularium Ordinibus (quibusdam exceptis) prohibuit, ne ad Regularem habitum Novitios in posterum reciperent, receptosve ad professionem

fionem admitterent, quousque in aliquibus cujusvis Ordinis Monasteriis, seu Conventibus (in quibus Novitiatus pro recipiendis, & educandis Novitiis designarentur, & approbarentur) ad ejus, quam professi sunt, Regulæ præscriptum, vitam, moresque restituerent, & componerent certior deindè factus, quosdam omnium ferè Ordinum Conventus, seu Monasteria ad pristinam illam regularem vivendi formam, & disciplinam, quàm diutiùs desideraverat, fuisse redacta, in eisdem Monasteriis, & Conventibus, ut Novitiatus erigi, Novitiique recipi possent, sub certis tamen legibus, ac ea præsertim, (ut licentia à Congregatione Reformationis Apostolicæ priùs obtenta esset) concessit, & ad illa designavit, & approbavit. Nunc volens ut ea, quæ pro Novitiorum receptione, & institutione de mandato Sanctitatis Suæ præscripta fuerunt in posterum accuratiùs & exactiùs observentur, ultrà formam traditam in Constitutionibus fel: rec, Sixti Papæ V. & etiam Sanctitatis Suæ super receptione Novitiorum, decrevit, ac præsentis Decreti virtute mandavit nè in Conventibus, seu Monasteriis ad Novitios reci-

cipiendos, de Sanctitatis Suæ, ſeu dictæ Congregationis Reformationis licentia hactenus deſignatis, & approbatis, ſeu in poſterum deſignandis, & approbandis, novitii ad habitum recipi ullatenus poſſint, vel admitti, niſi priùs ab ipſa Congregatione, vel à propriis locorum Ordinariis, aut ab illis, in quorum Diœceſi Novitiatus exiſtunt, in quibus Novitii recipiendi fuerint, expreſsè, & nominatim Novitii ipſi recipiendi approbati fuerint, & ut recipi, & admitti poſſint, licentiam in ſcriptis (gratìs tamen in omnibus, & etiam quoad ſcripturam concedendam) obtinuerint. Monet autem Sanctitas Sua eoſdem Ordinarios omnem curam, & diligentiam adhibere, ut circa ætatem conditionem, educationem, ſcientiam, vitam & mores, cœteraſque qualitates in ipſis Novitiis requiſitas, obſerventur inſtitutiones pro illis recipiendis ab eadem Congregatione Reformationis factæ, & publicatæ, neque aliter, nec aliô modô aliquem ad habitum recipi permittant; Ordinariorum ipſorum conſcientiam onerando, ſi quempiam approbaverint, vel admitti permiſerint, qui

non idoneus, & juxtà constitutiones & institutiones prædictas, approbandus, & admittendus. Firmis nihilominùs remanentibus pœnis omnibus contra Superiores quorumcunque Ordinum, qui in admittendis ad libitum, & professionem, Novitiis, formam constitutionum, & institutionum prædictarum non servaverint, aut Novitium aliquem, quantumvìs idoneum, & approbatum in quovis alio Conventu, & loco, seu Monasterio præterquàm in hactenus à Sua Sanctitate, vel à dicta Congregatione designatis, & approbatis, seu in posterum designandis, & approbandis, vel ultra numerum in eorum singulis præscriptum, seu præscribendum receperint vel admiserint, seu aliàs præmissis quôvis modô contrafecerint, irritum ex nunc, & inane decernens quicquid secùs, vel aliàs, quavis auctoritate à quovis gestum, vel attentatum fuerit. Non obstantibus quibuscunque &c. Dat: Romæ apud S. Petrum die 19. Maji 1602. Pontificatûs ejusdem SS. D. N. Annô XI.

Institutiones super receptione, & educatione Novitiorum Religiosorum Monasteriis, & Conventi-

ventibus designatis, vel designandis Clementis ejusdem jussu editæ.

CUm ad regularem disciplinam in singulis Religiosorum Monasteriis propagandam, Novitiorum institutio maximè utilis sit, ac necessaria, & nihil ad gravem illam, ac laudatissimam priscorum Patrum vivendi rationem relaxandam majorem vim habuisse compertum sit, quàm, vel nimiam in recipiendis Novitiis facilitatem supra numerum, quem capere, atque alere Monasteria ipsa possent, vel negligentiam in probando, & examinando eorum spiritu an verè esset ex Deo, atque ex præcipuo desiderio illi inserviendi, vel denique incuriam in eis educandis, atque instituendis. Idcircò, ut hujusmodi incommodo deinceps occurratur, præcipitur omnibus, & singulis, ad quos spectat, ut in recipiendis Novitiis, & in eorum institutione, atque educatione, necnon in magistri, & aliorum ministrorum electione, præter alia, quæ in Sacris Canonibus, ac Decretis præsertim Concilii Tridentini, Pontificiis, & cujuscunque Ordinis, aut Instituti Constitutionibus continetur, tam in aliàs designatis, quàm nunc, & in posterum ad hoc desi-

designandis, Monasteriis, & Conventibus, hæc, quæ sequuntur inviolatè observari, & & exequi perpetuò curent.

Primum, quod attinet ad Novitiorum recipiendorum formam, ultrà diligentem perquisitionem, quæ habenda erit de uniuscujusque natalibus, corporis habitudine, moribus, & vita anteacta, ac præcipuè eorum, qui sextumdecimum ætatis suæ annum excedent, an criminosi, an ære alieno gravati, vel reddendæ alicujus administrationis rationis obnoxii sint juxtà formam Constitutionis felic: record: Sixti V. & moderationum subsecutarum; illud etiam Superiores ad quos spectabit, sedulò perquirant, ut quibus in Monasteriis, & Conventibus, ex Apostolica facultate Novitiatus fuerint instituti, in iis ad Religionem nullus in posterum admittatur, qui & ex honestis parentibus natus non sit, & conditiones Sacris Canonibus, Summorumque Pontificum Constitutionibus præscriptas non habeat, juxtà decretum super forma recipiendi Novitios die 19. Maji 1602. editum.

Quisque recipiendus in aliquo Ordine Regulari etiam Mendicantium, in ea sit æ-

tate conſtitutus, quam ejus Ordinis, in quo recipietur, regularia inſtituta, & ordinationes requirunt, eam verò literarum ſcientiam calleat, aut illius addiſcendæ ſpem indubiam præſeferat, ut minores, & ſuis temporibus, majores Ordines, juxtà Decreta Sac: Concilii Tridentini ſuſcipere valeat. Sed ſi quis annum vigeſimumquintum excedens ad habitum regularem admitti poſtulaverit, & talis eruditionis expers inventus fuerit, in Converſorum tantum, quibus literarum ſcientia non eſt neceſſaria, numerum referatur: ipſi autem Converſi non recipiantur ante vigeſimum ætatis ſuæ annum, & niſi ſaltem præcipua Doctrinæ Chriſtianæ capita noverint.

Demum Superiores diligenter exquirant quo ſpiritu, qua mente, ac voluntate id regularis vitæ genus elegerint, quem ſibi finem propoſuerint, num zelô melioris frugis, ac perfectioris vitæ, & ut Deo liberiùs famulari poſſint, an potiùs levitate, vel humano aliquo affectu, aut inordinato animi ducantur, & an eorum parentes ope, & ſubſidiô ipſorum indigentes deſtituantur.

Provideant quoque, ut omnes etiam

Conversi recipiendi: priusquam ad habitum regularem admittantur, ab iis, quibus munus hoc incumbit de regula, quam professuri sunt tribus votis essentialibus statuque regulari, & aliis cujusque Ordinis peculiaribus institutis, & constitutionibus diligenter instruantur. Et quia quarundam Religionum moris est, nedum Conversos ad professionem admittendos, verùm, & oblatos, ùt vocant, recipere, circa ipsorum oblatorum receptionem unaquæque Religio suas peculiares Constitutiones, specialiaque instituta observare teneatur.

Statim atque Novitii ad habitum recepti, & in locum Novitiatûs introducti fuerint, per generalem omnium peccatorum confessionem totiùs anteactæ conscientiam discutiant, & expurgent.

Quod verò ad loci qualitatem uniuscujusque Novitiatûs spectat, locus hujusmodi propriâ clausurâ ab ea parte Conventûs, & Monasterii, in qua degunt professi, segregatus sit, atque distinctus, habeatque tot ad dormiendum cellulas separatas, quot erunt numero Novitii, vel dormitorium ità capax, ut pro singulis singuli lectuli commodè sterni possint, in quo etiam

cellula, vel certus, ac determinatus locus pro Magiſtro, ejuſque ſocio reperiatur.

In eo etiam, præter aliàs communes commoditates aptus locus adſit ad ſpirituales collationes, ſeu conferentias faciendas, ac lectiones, inſtructioneſque Magiſtri audiendas, & in quem hyemis tempore ad calefaciendum ſe igne communi recipiant.

Oratorium inſuper, ſeu Cappella ſi commodè fieri poterit, ad Novitios in ſpiritualibus, præſertim in cœremoniis, Eccleſiaſticiſque functionibus exercendos.

Hortus quoque peculiaris ad honeſtam recreationem benè concluſus, atque munitus adſit, ſin minùs, hortum cœteris Fratribus communem recreationis tempore ingrediantur. Ipſis verò Novitiis ibi commorantibus, curabit Magiſter cum loci Superioris auctoritate (ſi opus fuerit) nè in eundem quiſquam alius ingrediatur.

Ad hujuſmodi locum Novitiatûs nemini ejuſdem, vel alterius Ordinis regulari etiam Conventûs & Monaſterii Officiali, ullo unquam tempore ſub quovis prætextu aditus pateat, præterquam Magiſtro, ejuſque Socio, ac etiam Monaſterii, aut

Conventûs Superiori, si quandocunque ingrediendum sibi necessariò exstimaverit, quo casu tamen aliquem semper ex senioribus Conventûs, vel Monasterii Patribus socium assumat.

Hujus loci clausuræ clavis apud Magistrum semper asservetur, illique soli liceat eâ gravî tantùm causâ ingressum illuc alicui permittere; si quis autem Novitiorum quempiam alloqui voluerit, Magistro præsente, & non aliter alloquatur.

Novitiorum Magistro, socius, si per Novitiorum instruendorum multitudinem necessarius fuerit, vitâ, & moribus (quoad fieri poterit) consimilis deputetur, qui in his, quæ ad Novitiatûs regimen spectant, dicto Magistro immediatè subjectus existat, eliganturque tam Magister, quam Socius per Provinciale Capitulum, per Triennium ad minùs onus hujusmodi subituri. Quòd si aliquo casu extra tempus capitulare nova loca Novitiatûs concedi contingat, tunc electionem Magistri Novitiorum, & socii hujusmodi in his novis locis per Generalem, vel Provincialem, seu Ministrum, aut eorum Visitatores, seu Vicarios, de Diffinitorum tamen, vel graviorum

alio-

aliorum Patrum consensu fieri permittatur: Idemque servetur, si intra triennium alterum, vel utrumque urgenti aliqua de causa ex illis locis amoveri, vel mori contigerit, in cujus, vel quorum locum alii consimiles subrogari debeant.

Tam Novitiorum Magister, quàm Socius ab iis omnibus officiis, oneribusque vacationem habeant, quæ Novitiorum curam, & regimen impedire valeant. Ipse Magister Sacerdotali Ordine sit initiatus, ac in quinto saltem supra trigesimum ætatis suæ anno constitutus, & per decennium à professione emissa in Religione perstiterit: Socius verò trigesimum annum excedat, sintque ambo doctrinâ, & quantùm per Superiorum diligentiam, & vires fieri poterit, vitæ etiam anteactæ exemplô præstantes, orationis intereà, & mortificationis operibus addicti, prudentiâ, charitateque referti, non sinè affabilitate graves, zelum Dei cum manusvetudine præferentes: ab omni cordis, ac animi perturbatione, iræ præsertim, & indignationis, quæ in se, & ergà alios charitatem impedire consueverunt, quàm longissimè alieni, & tales demum, qui in omnibus seipsos bono-

rum

rum operum exemplum præbeant, ut ii, qui eorum curæ subsunt, illos non tam metuant, quàm revereantur, nec illis unquam detrahere quicquam possint.

Habeat etiam Magister plenam, & absolutam potestatem circa Novitiorum Institutionem, ac Novitiatûs regimen, ita ut in illis nemini (Visitatoribus, ac Superioribus majoribus, vel etiam localibus exceptis) quovis colore se ingerere liceat.

Curam adhibeat diligentem, ut Novitii omnes in regulari disciplina sedulò exerceantur, agnoscantque præcipuè divinæ, quâ digni facti sunt, vocationis præstantiam, & excellentiam, quæ vera sit, atque perfecta votorum solemnium, & quàm necessaria cujusque Ordinis Constitutionum observantia, modum in oratione, tum vocali, tum mentali fructuosè persistendi, illicitas passiones, & vitia (ad quæ natura per peccatum labefactata omni tempore prona est, atque proclivis) per sensuum custodiam, & mortificationem cohibendi, austeritatem, jejunia, cilicia, disciplinas; conscientiæ puritatem, crebram illius discussionem, Sacramentorum frequentiam, confessionis præsertim, quæ bis saltem

tem ſingulis menſibus fiat, per aperitionem quotidianam motuum internorum cordis, & tentationum manifeſtationem, per exercitium humilitatis circa viliora miniſteria, per modeſtiam in omnibus actionibus, diuturnumque ſilentium.

Quilibet Novitius bis quotidie orationi mentali, & vocali incumbat, unuſquiſque ſecundùm propriam capacitatem, & ordinem ſibi à Magiſtro præſcriptum, ac pluries in die propriam conſcientiam unuſquiſque examinare contendat. Ipſi autem Magiſtro ſoli Novitiorum confeſſiones audiendi cura committatur. Liceat tamen Superiori, etiam locali, ſi ità expedire judicaverit, vel per ſeipſum, vel per alium ab eo deputandum, ſemel, aut bis in anno eorundem Novitiorum confeſſiones audire.

Quotidie Miſſæ Sacrificio interſint, & ſtatutis horis in Choro, nocturnis, diurniſque divinis Officiis aſſiſtant.

Exercitationibus etiam corporalibus vacent, legant, vel ſcribant res ſpirituales, modeſtam animi recreationem interponant quæ in ſolitario loco, & commodo extra Novitiatum ſemel in hebdomada, vel in

alte-

alterius saltem hebdomadibus longior statuatur; fiatque semper Magistro præsente, vel socio, qui multum invigilent, nè duo ab aliis commorentur disjuncti, atque eo tempore, cujusque in quam natura feratur propensionem inscrutentur.

Non liceat eis, durante Novitiatûs, & probationis tempore, unà cum Professis, nisi in Choro, in Ecclesia tempore Officiorum, in processionibus, aut in cœnaculo causâ refectionis commorari, nec permittatur eis Professos domô exeuntes comitari.

Pro communibus, & propriis cujusque necessitatibus, quæ accidere possunt, unus ex Novitiis ipsis, ætate, moribusque provectior deputetur, qui absente socio, Magistro permittente, omnia, prout opus fuerit; agat, cui etiam januæ custodia, & rerum levioris momenti provisio intra Novitiatum committi poterit.

Cùm autem, licèt Clericorum bene instituendorum cura debeat esse præcipua. Conversorum tamen religiosa instructio non sit prætermittenda, quin potiùs æquanimiter amplexanda, quandoquidem satis exploratum est; istorum etiam, cùm regulam

gulam profiteantur eandem, perfectam educationem, tum religioni decorem, & ornamentum, tum aliis Christifidelibus ædificationem, exemplum, atque utilitatem afferre. Conversis ipsis à Clericorum Novitiatu separatus ad dormiendum locus (quantùm commodè fieri poterit) assignari præcipitur. Illi tamen hac separatione non obstante Magistro Novitiorum, seu Superioribus Monasteriorum, & Conventuum juxtà cujusque Ordinis Statuta, & Constitutiones subditi esse, & obedientiam præstare debebunt; à quo non tantùm circa corporalia obsequia probandi, & exercendi, verùm etiam, pro eorum capacitate, & commoditate de spiritualibus, præsertim de modo mentaliter orandi, diligenter instruendi erunt, quod ut commodius fiat, ad Capitula, & spirituales conciones, quæ per Magistros Novitiis fieri solent, accersiri debeant, & in Ecclesiis statutis horis conveniant, nisi tunc in suis officiis actualiter occupati fuerint.

Tempore verò probationis elapso, ii tantùm, qui non solùm religiosæ perfectionis capaces; sed ad laborem apti novo, ac diligenti examine reperti fuerint (dummodo

modò ætatis suæ annum, quoad Clericos decimumsextum, quò verò ad Conversos, vigesimumprimum excesserint) ad professionem admittantur; Sed qui ad Conversorum habitum recepti fuerint, ad Clericorum statum transire, etiam durante tempore probationis, non possint.

Superior cujuslibet Conventûs, in quo Novitiatus fuerit constitutus, particularem librum habeat, in quo uniuscujusque Novitii professio registretur, illamque Novitius professus propria manu, & duo testes, qui præsentes fuerint, subscribant.

Conversus verò literarum ignarus, professus, in eorundem testium, qui se subscripserint, præsentia propria manu signum Crucis apponat, asserveturque liber, & custodiatur in Archivio, ubi scripturæ ad Monasterium, seu Conventum pertinentes reponi consueverunt.

Quia verò in quibusdam Ordinibus filiationis usus est receptus, declaratur quòd licèt decretum sit, ut Novitiis educandis certa Monasteria, aut Conventûs designata quilibet Ordo habere debeat, licitum tamen sit Superioribus Monasteriorum, & Conventuum hujusmodi Ordinem

dinem

dinem, in quibus filiationis usus receptus est, eos, quos prænarratis qualitatibus suffultos repererint, in suorum locorum filios juxtà cujusque Ordinis constitutiones adscribere, sicque adscriptos, cùm juxtà præsentes institutiones, & aliàs, ser: ad Ordinem recepti fuerint, ad loca Noviciatuum, cum testimonialibus literis transmittere, ubi tanquam dictorum Conventuum, seu Monasteriorum filii, eorundem nomine, & instantià recipi, ac in Novitiatu probari, & deinde antequàm ad eadem Monasteria, seu Conventus filiationis hujusmodi remittantur, in professorio ad perlectionem, ùt præmissum est, exerceri debebunt.

Porrò, nè loca unius Monasterii, seu Conventûs ab alio præocupentur, Capituli Generalis, aut Provincialis partes erunt, numerum præscribere pro omnibus, & eam similiter rationem circa alimentorum contributionem est (si opus fuerit) inire, ac singulis Conventibus, & Monasteriis præscribere, quæ magìs expedire videbitur.

Ut autem Novitii jam in Professorum numerum (sicut præmittitur) recepti melius in bono spiritu, regularisque discipli-

næ obſervantia ſtabilientur, & confirmentur, mandatur, ut ſtatim poſt profeſſionem emiſſam, ſi in Conventibus, aut Monaſteriis pro Novitiatibus aſſignatis locus aderit ſecundi Novitiatus, ſive Profeſſorii ab ea, quæ Novitiorum eſt, atque antiquorum Profeſſorum habitatione diſtinctus, & ſegregatus, ibi collocentur, ſi Monaſterium, aut Conventus eos alere queat, ſin minùs, in alium commodiorem Conventum, aut Monaſterium transferantur, in quo is locus cum requiſitis ad Novitiatum ſupranarratis reperiatur, vel accomodetur, aut de novo conſtruatur.

Ab hoc tamen illæ Religiones excipiuntur, quæ ſuarum Conſtitutionum, ſeu Inſtitutorum vigore, majoris temporis curſu novos profeſſos, intra Novitiatum detinere conſueſcunt; quibus in hac parte non derogatur, illis tamen permittitur, ut prædictis eorum conſtitutionibus non obſtantibus, idipſum facere poſſint, ſi id rationi, ac Religioni magìs expedire dijudicaverint, quibus in locis degant ſub regulis, & modo vivendi adhuc arctiori, quàm ſervent antiquiores profeſſi, ità quòd in negotiis Monaſteriorum, aut Conven-

tuum non ſe intromittere, nec communibus tractatibus intereſſe, neque alicujus exterioris obedientiæ officium exercere debeant, ibique permaneant, quouſque ad ætatem Sac: Ordinibus ſuſcipiendis ſufficientem devenerint, vel ſaltem per triennium poſt profeſſionem, quo etiam tempore poterunt, quinimo, & debebunt literarum ſtudiis operam navare ſub directione, ac regimine Superioris, qui eas qualitates habeat, quibûs Novitiorum Magiſtrum præditum eſſe oportere dictum eſt.

Declaratur tamen, quod propter præmiſſa non cenſeatur conceſſa licentia recipiendi Novitios, niſi in locis pro Novitiatu deſignatis, aut in poſterum deſignandis, & pro numero dumtaxat in eorum ſingulis præſcripto, vel præſcribendo.

Denique ſi illi, qui inter Religioſos gradus, & ordine Superiores ſunt, & alii ad quos ſpectat, in prædictis omnibus, vel eorum aliquo deliquerint, ſeu quovis modo contrafecerint, officiorum omnium, quæ tunc obtinebunt, privationem, gravioreſque pro modo admiſſæ culpæ pœnas, ſe ſubituros certò ſciant. Datum Romæ apud S. Petrum die 19. Martii 1623.

Ant: Sen: Refor: Ap: Sec.

Anno 1624. Indictione 7. Pontificatûs autem SS. D. N. D. Urbani Div: Prov: Papæ VIII. Anno ejus 2. die vero 26. mensis Octobris, suprascripta Decreta tàm S. Cong: Concilii, quàm san: mem: Clemen: VIII. affixa, publicata fuerunt ad valvas Basilicarum Sancti Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum, necnon in acie Campi Floræ, ut moris est, per nos Camillum Fundatum, & Julium Marzitellum Cursores Sanctissimi-Brandimartes Latinus pro Mag: DD. Curs.

Decretum Sac: Congregat: Concilii.

APPENDIX
Quarundam Constitutionum
ATQUE
Variorum Decretorum,
Quæ sunt Regularibus scitu pernecessaria.

SS. D. N. URBANI PAPÆ VIII. Jussu editum
De rebus Regularibus non alienandis.

SAcra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum rerum experimento edocta, quantum Religiones acci-

accipiant detrimenti ex bonorum immobilium, & pretioſorum mobilium diſtractionibus, quas crebro faciunt Regulares, Apoſtolicis privilegiis innixi, ac proindè opere pretium putans, illorum facilitatem aliqua ratione compeſcere: ſpeciali SS. D. N. juſſu, Generalibus, & Provincialibus Capitulis, vel Congregationibus, Abbatibus, Generalibus, & quibuſcunque aliis Superioribus Regularibus, cujuſvis Ordinis, Congregationis, Societatis, vel Inſtituti intra fines Europæ exiſtentibus, omnium rerum, & bonorum immobilium ac pretioſorum mobilium alienationem, omneque pactum, per quod ipſorum dominium transfertur, cenſus perpetuos, ſeu vitalitios, hypothecam, locationem, & conductionem ultrà triennium, conceſſionem in feudum, vel emphyteuſim, præterquam in caſibus à jure permiſſis, fieri perpetuò prohibet, atque interdicit, abſque ipſius Congregationis Concilii expreſſa licentia in ſcriptis, & gratis concedenda, ſub pœna privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebunt, vociſque activæ, & paſſivæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa in poſterum obtinenda, quam ipſo

facto absque alia declaratione incurrant, sublata etiam Generali, & Protectori illam moderandi, aut relaxandi facultates; pœnis nihilominus Apostolicarum Constitutionum, & præsertim fel: rec: Pauli II. quæ incipit: *Ambitiosæ* in suo robore permansuris. Alienationes verò, pacta, censûs, hypothecas, locationes, conductiones, & concessiones quascunque contra hujusmodi prohibitionem faciendas, Sanctitatis Suæ authoritate, ipso jure nullas atque irritas decernit. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in favorem quarumcunque personarum, atque Ordinum, tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum, etiam S. Joannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, cujusvis alterius Instituti, etiam necessario, & in individuo exprimendis, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Domorum, ac locorum Regularium quorumcunque: necnon illorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, vel consvetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis, & privilegiis,
sub

ſub quibuſcunque tenoribus, & cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis: necnon irritantibus decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, ſeu extenſionis, conceſſis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ac formis ſpecialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, & aliqua alia exquiſita forma ſervanda eſſet tenores hujuſmodi præſentibus pro expreſſis habentes, quibus quoad ea, quæ præſenti Decreto, ac prohibitioni adverſantur, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ſpecialitèr, & expreſsè, Sanctitatis Suæ authoritate, derogat, cœteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ die vii. Septembris MDCXXIV.

Coſmus Card: de Torres.

Loco † Sigilli.

Proſper Fagnanus S. Cong: Secret.

 Die

Die 16. Septembris 1624. supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit in acie Campi Floræ, & aliis locis solitis Urbis, per me Joannem Radica SS. D. N. Papæ Curs.

Brandimartes Latinus pro D. Mag: Curs.

CUm post editum Decretum de rebus Regularium non alienandis compertum sit Regulares, qui eodem decreto prohibentur census imponere, & alios contractus facere super bonis ad eorum Monasteria pertinen: loco censuum, & contractuum hujusmodi pecunias accipere mutuo, etiam sine alicujus lucri solutione, vel ad cambium cum solutione alicujus lucri, etiam cessantis, vel damni emergentis cum obligatione, seu hypotheca bonorum, aut dato pignore. Cumque ex hujusmodi contractibus eludatur mens Sacræ Congregationis, cui in primis votis fuit consulere Religionum indemnitati, quæ ex dictis contractibus plurimum leduntur, Sanctissimus Dominus Noster approbante decrevit, & declaravit, non licere Regularibus pecunias, ut supra proponitur, accipere, & si acceperint in ipsius Decreti pœnas ipso facto incidere. Datum Romæ 21. Martii 1626. quoad innovatum hac die 19. Septembris 1743. Jo

Joannes Baptista Card: Pamphilius.

Franciscus Paulutinus S. C. Cong: Secr.

Die 21. Octobris 1643. supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit in acie Campi Floræ, & aliis locis solitis Urbis per me Francisc. n Angelum Curs.

Dominicus Mangilius pro D. Mag: Curs.

Prohibitio alienandi Bona Ecclesiastica, aut illa ultra triennium locandi.

Præter hanc Constitutionem Pauli II. editam Anno Domini 1467. die 1. Martii. Quoad locationes extat Concilium Tridentinum *sess. 25. cap:* 11. Quoad alienationes verò extant Constitut. Leonis I. *Occasio &c.* Pauli IV. Constit: 2. *Injunctum &c.* & Pii V Constitut: 69. *Volentes*, & alia Constit: 99. *Et si de singulis &c.* Quo verò ad Judices hujusmodi Alienationum extat Constitutio Pauli II. quæ est 2. *Cum in omnibus &c.*

PAULUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

AMbitiosæ cupiditati, illorum præcipuè, qui divinis, & humanis affectatis, damnatione proposita, immobilia, & prætiosa mobilia Deo dicata, ex quibus Eccle-

siæ, Monasteria, & Pia Loca reguntur, illustranturque, & eorum Ministri sibi alimoniam vindicant, prophanis usibus applicare, aut cum maximo illorum, ac Divini Cultus detrimento, exquisitis mediis usurpare præsumunt, occurrere cupientes.

§. 1. Omnium rerum, & bonorum Ecclesiasticorum alienationem, omneque pactum, per quod ipsorum dominium, concessionem, hypothecam, locationem, & conductionem ultrà triennium, necnon infeudationem, vel contractum emphyteuticum, præterquam in casibus à jure permissis, ac de rebus, & bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, & tunc cum Ecclesiarum evidenti utilitate, ac de fructibus, & bonis, quæ servando servari non possunt, pro instantis temporis exigentia, hac perpetuò valitura Constitutione fieri prohibemus.

§. 2. Prædecessorum nostrorum Constitutionibus, Prohibitionibus, & Decretis aliàs super hoc editis, quæ tenore præsentium innovamus, in suo nihilominùs robore permansuris.

§. 3. Si quis contra hujus nostræ prohibitionis seriem de bonis, & rebus eisdem quic-

quicquam alienare præſumpſerit, alienatio, hypotheca, conceſſio, locatio, conductio, & infeudatio hujuſmodi nullius omninò ſit roboris, vel momenti, & tam; qui alienat, quàm is, qui alienatas res, & bona prædicta receperit, ſententiam excommunicationis incurrat; Alienanti verò bona Eccleſiarum, Monaſteriorum, Locorumque Piorum quorumlibet, inconſulto Romano Pontifice, aut contra præſentis Conſtitutionis tenorem, ſi Pontificali, vel Abbatiali præfulgeat Dignitate, ingreſſus Eccleſiæ ſit penitus interdictus, & ſi per ſex menſes immediatè ſequentes, ſub interdicto hujuſmodi, animo, quod abſit, perſeveraverit indurato, lapſis menſibus eiſdem, à regimine, & adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ, vel Monaſterii, cui præſidet in ſpiritualibus, & temporalibus ſit, eo ipſo ſuſpenſus. Inferiores verò Prælati Commendatarii, & aliarum Eccleſiarum Rectores, Beneficiati, vel adminiſtrationem quomodolibet obtinentes, Prioratibus, Præpoſituris, Præpoſitatibus, Dignitatibus, Perſonatibus, Adminiſtrationibus, Officiis Canonicatibus, Præbendis, aliiſque Eccleſiaſticis cum cura, & ſine, ſæculari-

bus,

bus, & Regularibus beneficiis, quorum rēs, & bona alienarunt dumtaxat, ipso facto privati existant, illaque absque declaratione aliqua vacare censeatur, possintque per locorum Ordinarios, vel alios, ad quos eorum collatio pertinet, personis idoneis (illis exceptis, quæ propterea privatæ fuerint) liberè de jure conferri, nisi alià dispositioni Apostolicæ Sedis sint specialitèr, aut generaliter reservata, & nihilominùs alienatæ res, & Bona hujusmodi ad Ecclesias, Monasteria, & Loca Pia, ad quæ antè alienationem hujusmodi pertinebant, liberè revertantur.

Nulli ergò hominum liceat &c.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum Annô Incarnationis Dominicæ millesimô quadringentesimô sexcentesimô septimô Kalen: Martii Pontificatûs Nostri Annô Quartô.

DECRETUM
Pro Regularibus Ordinandis.

DE mandato SS. D. N. Clementis Divinâ Providentiâ Papæ VIII. tenore præsentium mandatur omnibus, & singulis quorumcunque Regularium Superioribus, ut de cœtero observent, & observari faciant

ant ea, quæ in Decreto Sacræ Congregationis Concilii Tridentini continentur; cujus tenor est talis.

Congregatio Concilii censuit Superiores Regulares posse suo Subdito itidem Regulari, qui præditus qualitatibus requisitis, si Ordines suscipere voluerit, Literas Dimissoriales concedere; ad Episcopum tamen Diœcesanum, nempè illius Monasterii, in cujus familia, ab iis, ad quos pertinet, is Regularis positus fuerit, & si Diœcesanus abfuerit, vel non esset habiturus Ordinationes, ad quemcunque alium Episcopum, dum tamen ab eo Episcopo, qui Ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam, & dum ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem Dimissoriarum in id tempus, quo Episcopus Diœcesanus, vel absuturus, vel nullas habiturus esset Ordinationes. Verum cum à Superioribus Regularibus, Episcopo Diœcesano absente, vel Ordinationes non habente Literæ Dimissoriæ dabuntur, in eis utiquè hujusmodi causâ absentiæ Diœcesani Episcopi, vel Ordinationum ab eo non habendarum, exprimendam esse; quod qui non fecerint, officii & dignitatis, seù administrationis

tionis, ac vocis activæ, & passivæ, privationis, ac alàs arbitrio ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ reservatas pœnas incurrant. Datum Romæ 15. Martii 1599.

In Regest. Concil: Trid: fol: 9.

De Indulgentiis.

REgulares quoscunque non potuisse, nec posse Confraternitatibûs Sodalitatibus, aliisve similibus Congregationibus quibusvis tam hactenùs erectis, & institutis, quàm in posterum quandocunque erigendis, & instituendis, sive quorûmcũnpue privilegiorum vigore aggregatis, & aggregandis ullo modo communicare Indulgentias ipsis Regularibus concessas, sed tantum illas, quas ut hujusmodi Confraternitatibus, Sodalitatibus seu aliis similibus Congregationibus communicent facultas eis specificè, & nominatim per Sedem Apostolicam concessa fuerit ex Decreto Sacræ Congregationis super Indulgentiis die 16. Martii 1671. approbato à san: mem: Clemente X. die 19. ejusdem mensis, & anni.

De Tertiariis, & Hospitibus,

REgularibus Superioribus quibuscunque præ-

præceptum est in virtute sanctæ Obedientiæ, ut neminem pro Tertiariis, vel Oblatis, seu Donatis, aut Commissis, vel Servientibus, nec pro Hospitibus, seu Postulantibus, vel Cantoribus, aut alio quocunque nomine nuncupatis, aut quovis habitu indutis, vel induendis sub quovis prætextu, vel causâ, aut quæsito colore recipiant, seu admittant ad habitandum intrà Claustra, nisi vigesimum ætatis suæ annum expleverit (iis tantum exceptis, qui completa ætate annorum 15. pro Clericis, seu Choristis in habitu Novitiorum annum probationis agunt) sub privationis dignitatum, & officiorum, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, vocisque activæ, & passivæ ipsô factô incurrenda. Ex Decreto Sac: Congregationis super statu Regularium ex speciali mandato san: mem: Clementis X. die 16. Martii 1675.

DECRETUM
Sacræ Congregationis

Super Indulgentiis, quoad ingressum Mulierum intrà Claustra Regularium.

PRoposito dubio: An verba Pontificii Brevis concedendis Indulgentiam omni-

mnibus utriusque sexus Christifidelibus intra Claustra Regularium sitam visitantibus, sic accipi possint, ut comprehendant Cappellam in ipso Dormitorio constructam. Sacra Congregatio respondit: Minimè illam comprehendere, nullamque tribui facultatem Mulieribus ingrediendi Claustra. Datum Romæ die 2. Maji 1679.

A. Card: Homodeus.

Michaël Angelus Riccius S. Cong: Secret.

Declaratio Sacræ Congregationis Concilii Tridentini à Clemente Papa IX. approbata super accessu Regularium ad Monasteria Monialium.

DIe 11. Maji 1669. Sacra Congregatio Eminentissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, habita notitia, quod nonnulli Regulares absque licentia crates Monasteriorum Monialium adire, & frequentare non dubitent, prætendentes non esse interdictum breve tempus, etiam usque ad quadrantem horæ cum dimidio, quod horologio arenario aliquando metiuntur, Moniales, aliasque personas intrà clausuram existentes alloqui, & hanc opinionem tanquam tutam affirment, disseminent, &

for-

forsàn etiam ſcriptis evulgent, proprias gravitèr illaqueantes conſcientias, & ſcandala confoventes; ad hujuſmodi perniciosos errores eliminandos opinionem prædictam improbans, rejiciens, ac damnans declaravit Regulares cujuſcunque Ordinis, Militiæ, Societatis, Congregationis, & Inſtituti, etiam de quibus ſpecialis mentio foret habenda, qui ad Monaſteria Monialium, quamvis ab Ordinarii juriſdictione, quomodolibet exempta, & etiam ipſis Regularibus ſubjecta, vel aliàs ſpeciali mentione digna abſque legitima facultate accedunt, colloquendo etiam per quodcunque modicum temporis ſpatium cum Monialibus, aut aliis intrà clauſuram degentibus, peccare mortalitèr, eoſque ſub excommunicationis, privationis vocis activæ, & paſſivæ, aliiſque contra Regulares accedentes ſine licentia ad Monaſteria Monialium ſtatutis pœnis poſſe ab Ordinario tanquàm Sedis Apoſtolicæ delegato coerceri. Et die 7. Junii ejuſdem anni, facta relatione Sanctiſſimo Domino Noſtro, Sanctitas Sua præſentem declarationem, approbavit, ac Tipis dari, ſervarique juſſit.

A. Card. Celſus Præfectus.

Loco † Sigilli. *S.*

S. Brancacius Archiep: Adrianop: Secret.

Dubia super collocutione Regularium cum Monialibus ad prædictum Decretum Sacræ Congregationis, à Clemente IX. approbatum.

EDita vix lege, statim illam eludere malitia excogitat; non ità pridem emanavit generale Decretum arctissimè prohibens colloquia Regularium cum Monialibus, quando jam super eo variæ interpretationes confingi cœperunt, aliæque nunc Bergomi suboriũtur: pro quarũ resolutione supplicãt Confessarii Monialium, quærendo.

I. *An Regularibus missis ad crates Monialium pro munere prædicationis obeundo prohibitum sit sub peccato mortali, censuris, & pœnis &c. immediatè post cum ipsis Monialibus, absque expressa licentia ad colloquendum, immiscere sermones cum quæstionibus, vel dubiis spiritualibus, aut materiis ipsius concionis.*

II. *An talis probibitio intelligatur tam de collocutione cum aliquibus Monialibus, quàm cum una tantùm (omnibus tamen aliis audientibus) immediacè post concionem.*

Die 21. Maji 1678. Sac Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum ad utrùmque respondit: *Affirmativè.*

DE,

DECRETUM
Sacræ Congregationis Concilii.
De celebratione in Altari Privilegiato jussu SS. D. N. Clementis Papæ XI. editum.

Dubia Indulgentiarum.

CUm in concessione Indulgentiarum Summus Pontifex soleat præfigere certum numerum Missarum celebrandarum qualibet die in Altari Privilegiato, pro parte nonnullorum Religiosorum porrectus fuit Sanctissimo supplex libellus pro resolutione infrascriptorum dubiorum, quo ad hanc Sacram Congregationem remisso sub die 23. Aprilis proximè præteriti rescriptum fuit: *Exhibeatur formula Indulgentiarum, & ponatur in folio.*

In executionem hujusmodi rescripti exhibetur formula Indulgentiarum, quæ est tenoris sequentis.

CLEMENS PAPA XI.
Ad futuram rei memoriam.

OMnium saluti paterna charitate intenti sacra interdum loca spiritualibus Indulgentiarum muneribus decoramus, ut inde Fidelium animæ, Domini Nostri JEsu Christi, ejusque Sanctorum suffragia

meritorum consequi, & illis adjutæ ex Purgatorii pœnis ad æternam salutem per Dei misericordiam perduci valeant. Volentes igitur Ecclesiam Metropolitanam Mediolanen., in qua nullum aliud Altare Privilegiatum reperitur concessum, & in ea situm Altare Sancti Caroli hoc speciali dono illustrare, dummodò in dicta Ecclesia quinquaginta Missæ quotidie celebrentur, authoritate nobis à Domino tradita, ac de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus authoritate confisi, ut quandocunque Sacerdos aliquis Secularis, vel cujusvis Ordinis Regularis Missam Defunctorum pro Anima cujuscunque Christi fidelis, quæ Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad præfatum Altare celebrabit, Anima ipsa de thesauro Ecclesiæ per modum suffragii Indulgentiam consequatur; Ità ùt ejusdem Domini Nostri JESU Christi, ac Beatissimæ Virginis Mariæ, Sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus à Purgatorii pœnis liberetur, concedimus, & indulgemus: In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque, præsentibus ad septennium tantùm valituris. Datum &c.

Ad

Ad futuram &c. omnium saluti &c. Volentes igitur Ecclesiam Conventûs Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, Civitatis Tusculanæ, in qua nullum aliud Altare Privilegiatum &c. illustrare, dummodo in dicta Ecclesia quatuordecem Missæ quotidiè celebrentur, authoritate &c. confisi, ut quandocunque Sacerdos aliquis Sæcularis, vel cujusvis Ordinis Regularis Missam Defunctorum in die Commemorationis Defunctorum, & singulis diebus infrà illius octavam; ac secundâ, & sextâ feriis cujuslibet hebdomadæ pro Anima cujuscunque Christifidelis &c. ut suprà.

His igitur præhabitis FF. VV. non dedignabuntur sapientissimè de more respondere.

I. An absentibus Religiosis ex causâ Prædicationis tempore Quadragesimæ, & Adventûs, vel quando occasione festivitatum, vel funerum, aut similium à Superioribus ad celebrandum alibi transmittuntur, Indulgentiæ concessæ cum certo numero Missarum, qui ob dictas causas adimpleri non potest, prorsus cessent, vel pro eo tempore quo numerus non fuerit adi

pletus, sint suspensæ, vel potiùs remaneant in suo robore.

II. An idem sit statuendum, deficiente præfixo numero Missarum ob infirmitatem Sacerdotum tam Regularium, quàm Sæcularium.

III. An pariter idem sit statuendum, deficiente dicto numero Missarum ob absentiam ab Ecclesiis Sæcularibus Canonicorum & Sacerdotum per aliquot dies & menses.

Die 30. Julii 1701. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum. Ad primum, quoad primam partem pro tempore Adventûs & Quadragesimæ, censuit remanere suspensas, non autem in reliquis, dummodo rarò contingat. Ad secundum censuit non remanere suspensas. Ad tertium satis provisum in primo.

B. Card. Panciaticus Præf:

Loco † Sigilli.

Vincentius Petra Secretarius.

DECRETUM.

S. D. N. BENEDICTI PAPÆ XIV.

Feria v. Die 5. Augusti 1745.

IN Generali Congregatione Sanctæ Romanæ,

næ, & Univerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico Quirinali coram Sanctiſſimo Domino noſtro Domino BENEDICTO Divinâ Providentiâ Papa XIV., & Emmis, ac Rmis DD. S. R. E. Cardinalibus adversùs hæreticam pravitatem Inquiſitoribus Generalibus à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

Sanctiſſimus Dominus Noſter ſollicitè animadvertens, quàm grave ſit delictum illorum perditorum hominum, qui ſacroſancto Miſſæ Sacrificio, ac ſalutaris Pœnitentiæ Sacramento, ad Animarum reparationem à Chriſto Domino inſtitutis, in illarum perniciem, & damnationem abutuntur, decrevit, quòd in poſterùm Sacerdotes tàm Sæculares, quàm Regulares cujuſcunque Ordinis, inſtituti, Congregationis, & Societatis etiam de neceſſitate exprimendæ, vel in actu Sacramentalis Confeſſionis ſive illius occaſione, aut prætextu, ad turpia ſollicitantes, vel Sacrificio Miſſæ abutentes ad ſortilegia, præter pœnas à Jure, & Apoſtolicis Conſtitutionibus, ac ſignanter ſan: mem: Sixti V. Gregorii XV. contrà eoſdem inflictas perpetuam etiam inhabilitationem incurrant ad

præfati Sacrificii celebrationem; Quodque ejusmodi Decretum significetur singulis cujuscunque Ordinis Superioribus, ac Præpositis, ad hoc ut de illo, sicuti & de prædictis, aliisque Summorum Pontificum Constitutionibus, juxtà præscriptum in generali Decreto Supremæ Inquisitionis diei 15. Decembris 1633. semel saltem in annô, idest Feria sexta post Octavam Assumptionis Beatæ MARIÆ Virginis in publica Mensa, vel in Capitulo ad hoc specialiter convocato, ac insuper in quocunque Generali, vel Provinciali Capitulo, vel alio quovis nomine nuncupato Capitulari Congressu suos Subditos, ac Religiosos commonendos curent, ejusdemque commonitionis coram Suprema Congregatione juratum Testimonium exhibeant.

Paulus Antonius Cappellonus S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis Not.

Loco † Sigilli.

DECRETA GENERALIA
Circa Rubricas.

CUm Sacrorum Rituum Congregationi demissè supplicatum fuerit sequentia dubia declarare.

I. An

I. An, cùm multis Congregationibus, Religionibus, sivè Ecclesiis, vel Nationibus concessum sit à Sancta Sede Apostolica, ut semel, vel pluries in singulis hebdomadis, vel mensibus celebrentur varia Officia per annum, v. g., de Sanctissimo Sacramento, vel de Sanctis in diebus non impeditis aliquo Festo duplici, vel semiduplici, liceat ejusmodi Officia facere etiam in diebus Sanctæ Quadragesimæ, Adventûs, Vigiliarum, & Quatuor Temporum, etiamsi de his diebus nulla sit facta specialis mentio in aliquibus Officiorum concessionibus?

II. An dies impeditus Festo duplici, vel semiduplici pro dictis Officiis recitandis, intelligantur etiam dies, in quibus ponendum est Officium de Festo duplici, vel semiduplici translato, quemadmodum dicitur responsum fuisse olim à Sacra Congregatione; quod scilicèt Festum duplex, vel semiduplex etiam translatum, necnon dies Octavæ sit dies impeditus respectu talium Officiorum?

III. An Regulares absque speciali privilegio, sed sola communicatione privilegiorum aliarum Religionum possint addere

nomen Sancti Fundatoris in Litaniis, & Confiteor; Itemque recitare Officia, & Missas concessas aliis Religionibus.

Sacrorum Rituum eadem Congregatio ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Colloredo respondit:

Ad primum: *Negativè, & hujusmodi Indulta non habere locum in Feriis Adventûs, Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Vigiliarum, sive cum jejunio, sivè absque jejunio, nec in Feria secunda Rogationum, nec in illa Feria, in qua secundùm Rubricas sit reponendum Officium Dominicæ.*

Ad secundum: *Affirmativè.*

Ad tertium: *Negativè in omnibus.*

Et ità declaravit, servari voluit, ac insuper ut Declarationes, seu Decreta *prædicta omnibus innotescant, typîs ea imprimi mandavit. Die* 20. *Martii* 1706.

G. Card: Carpineus.

Loco † sigilli.

B. Inghirami Sac: Rit: Cong: Secret.

INDEX CONSTITUTIONUM, AC DECRETORUM,

Quæ à Regularibus statutês temporibûs legi debent, & in hoc codice continentur.

De-

Decretum autem ejusdem Sac: Congregationis à Clemente IX. approbatum lectio superioris Decreti, & Constitutionum sequentium fuit prorogata per totum mensem Martii. 26.

Decretum Sac: Congregationis, Sanctæ & Universalis Inquisitionis coram san: mem URBANO VIII. editum, quo Superioribus Regularium præcipitur, ut persæpè suos Subditos commoneant de observantia, ac executione Apostolicarum Constitutionum, & Decretorum ad supradictam Sac: Congregationem Sanct, & Universalis Inquisitionis spectan: *Legen: feria vj. post Octavam Assumptionis B. M. Virginis, vel per totum mensem Augusti, ut ex speciali Decreto ejusdem Sac: Congreg:, & exempla supradicti Decreti affigi debent in publico loco Conventûs, ut à Religiosis omnibus videantur, ac legantur.* 35.

Constitutio JULII III. contra impedientes Inquisitores hæreticæ pravitatis in eorum officio, vel se immiscentes ab ipsis Inquisitoribus non vocatos ad hujusmodi causas cognoscendas, vel Processus formantes &c. contra ipsos Inquisitores admittentes Laicos ad cognitionem criminis hæresis *Legen: ut supra.* 43.

Con-

di-

entes prævia degradatione Sæculari Curiæ tradendos esse, ut debitis pœnis plectantur. *Legen ut supra.* 75.

Constitutio URBANI VIII. pro confirmatione, ac ampliatione supradictæ Constitutionis contra non promotos ad Sacrum Presbyteratûs Ordinem, Missam celebrantes, aut Sacramentales Confessiones audientes prævia degradatione Curiæ sæculari tradendos, etiam minores viginti quinque annorum, dummodò iidem annum vigesimum expleverint. *Leg: ut sup:* 80

Constitutio SIXTI V. contra exercentes artem Astrologiæ Judiciariæ, Magiæ, Chiromantiæ, & quacunque alia divinationum genera, & contra legentes, ac retinentes libros tractantes; de his omnibus. *Legen: ut suprà.* 86.

Constitutio URBANI VIII. pro innovatione supradictæ Constitutionis Sixti V. ac etiam contra Astrologos &c., qui de Statu Reipublicæ Christianæ, vel Sedis Apostolicæ, seu de vita Romani Pontificis, aut ejus Consangvineorum judicia ferunt, necnon contra eos qui illos consulunt cum indictione pœnarum pro quibusvis personis. *Legen ut suprà.* 103.

Con-

nem

nem damnantes, ut erroneam, & sapientem hæresim cum appositione pœnarum ipsô factô incurren: à locorum Ordinariis, ac hæreticæ pravitatis Inquisitoribus contrafacientes hujusmodi inquirendos, ac puniendos. *Legen: ut supra.* 133

Decretum Sac: Congregationis Sanctæ & Universalis Inquisitionis &c. coram san: mem: GREGORIO XV. pro declaratione, ampliatione, & confirmatione superioris Constitutionis, & quo prohibetur, donec per Sanctam Sedem fuerit alias definitum, in publicis Concionibus, Lectionibus, Conclusionibus, & aliis quibuscunque actibus publicis asserere, quod Beatissima Virgo Maria fuerit concepta cum peccato originali: ac ulteriùs prohibetur impugnare in publicis actibus contrariam opinionem, ac de ea aliquo modo tractare sub censuris, & pœnis in antedicta Constitutione inflictis ipsô factô incurren. *Legen ut supra.* 143.

Constitutio GREGORII XV. pro revocatione quarumcunque concessionum vivæ vocis oraculo factarum quibusvis Collegiis, Capitulis, Ordinibus, Societatibus, Congregationibus &c. exceptis oraculis factis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus,

bus, & eorum manibus firmatis. *Legen: ut ſuprà.* - - 151.

Conſtitutio URBANI VIII. pro extenſione ſupradictæ Conſtitutionis revocatoriæ conceſſionum vivæ vocis oraculo etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardnalibus factarum. *Legen: ut ſuprà.* 157.

Conſtitutio GREGORII XV. qua revocantur licentiæ legendi, ac retinendi libros prohibitos quibuſvis perſonis ab omnibus, etiam Romanis Pontificibus conceſſæ. *Legen: ut ſuprà.* 164.

Conſtitutio URBANI VIII. pro revocatione quarumcunque licentiarum legendi, ac retinendi libros prohibitos. *Legen: ut ſuprà.* - - 168.

Decretum Sac: Congreg: Sanctæ & Univerſalis Inquiſitionis URBANI VIII. juſſu editum, quo prohibetur non eſſe proponendas Imagines horum nondum à S. Sede Canonizatorum, vel Beatificatorum cum radiis, vel Laureolis. Tabellas & luminaria ad eorum Sepulchra apponenda ſive eorum miracula enarranda, vel imprimenda non eſſe. *Legen: ut ſuprà.* 172.

Decretum ejuſdem Sac- Congreg: coram ſan: mem: URBANO VIII. emana-

tum,

tum, quo prohibetur, ne degentes in Statu Ecclesiastico, & tam mediatè, quàm immediatè S. Sedi subjecti, ab eis libros ubicunque compositos de quacunque materia tractantes, absque Cardinalis Vicarii, ac Magistri Sac: Palatii in Urbe, & extra eam absque Ordinarii, & Inquisitoris licentia deferant, aut imprimendos transmittant. *Legen: ut supra.* 178.

Constitutio URBANI VIII. qua declaratur, quod Constitutiones Apostolicæ hactenus editæ, atque imposterum edendæ in concernentibus Fidem Catholicam, & Sanctæ Inquisitionis Officium, Regulares quantumvis privilegiatos comprehendant, nisi illi in edendis specialiter excipiantur. *Legen: ut suprà.* 181.

Constitutio INNOCENTII XII. pro confirmatione, ac approbatione Decretorum Sac: Congreg: Conc: Trident. Interpretum super celebratione Missarum, & cum declarationibus ab eadem Sac: Congreg: auctoritate san: mem: Urbani VIII. desuper factis. *Legen: bis in anno; feria ij. scilicet post primam Dominicam Adventûs, ac feria vi. post Octavam Corporis Christi, vel decem sequentibus diebus ex speciali Decreto*

Sacr

INDEX
AD APPENDICEM.

INDEX
MATERIARUM, AC NOTABILIUM,
Quæ in supra impressis Constitutionibus, ac Decretis continentur.

Facul-

Facultates cognoſcedi cauſas ad S Officium ſpectan: ſubditorum Regularium Superioribus eorundem prohibentur. Pauli V. Conſtitut. 123.

Facultas communicandi Indulgentias Sodalitatibus, vel Confraternitatibus à Regularibus intelligitur ea, quæ à S. Sede conceſſa fuerit de talibus nominatim Indulgentiis, non de omnibus, quibus Ipſi Regulares gaudent. *In Appendice.* Decret: Sacræ Congregationis ſuper Indulgen: approbat: à Clemens X. 300.

Formula, ſeu forma concedendi facultates pro Novitiis ad Regularem Ordinem recipien in Monaſteriis, & locis deſignatis, & ad Profeſſionem. Decret: Genera. Clemens VIII. 269. & 271.

Hæreticis in *I*taliæ, & adjacentium *I*nſularum locis commorari prohibetur, eorumque fautorum, ac receptatorum pœna Gregor: XV. *C*onſtitut. 119.

Hoſpites nè recipiantur ad habitan: in Monaſteriis, ac *C*onventibus Regularium niſi ætatis annum vigeſimum expleverint. *In Appendice.* Decret: Sac: *C*ongreg: ſuper ſtatu Regular: à *C*lemen: X. approbat. 300

*I*magines horum omnium nondum Beatifi-

Li-

Libri ubicunque, & à quocunque compositi sinè *C*ardinalis Vicarii, & Magistri Sac: Palatii in Urbe, & extra eam sinè Ordinarii, & *I*nquisitoris licentia imprimi prohibentur. Decret: Sac: *C*ongreg: S. & Univers. *I*nquisit. coram Urbano V*III.* 178

Licentiæ legendi, ac retinendi Libros prohibitos etiam à Summis Pontificibus concessæ revocantur Gregor: XV. *C*onstitut: pag: 164. & Urbani V*III.* *C*onst: 168.

*I*n Litaniis, & *C*onfiteor non licet addere nomen Sancti Fundatoris Religionis. *In Appendice.* Decret: General: Sac: *C*ongreg: Rituum à *C*lem: XI. approbati 311.

Missarum onerum satisfactio. Vide satisfactio onerum Missarum.

Missas celebrantis ad Sac: Presbyteratûs Ordinem non promoti causa spectat ad Sanctum Officium. Gregorii X*III.* *C*onstitut: 71

Ejusque pœna *C*lem: V*III.* *C*onst: 75

*C*ui non suffragatur ætatis minoritas vigintiquinque annorum &c. Urbano V*III.* *C*onstitut: 80

Mulieribus non permittitur ingredi intra Regularium *C*laustra, etiam causâ lucraudi *I*ndulgentias. *In Appendice* Decret:

Sac:

Sac: *Congregat:* ſuper *Indulgentiis*. Ab *Innocentio* X. approbat: 301.

Novitii non ſunt admittendi ad habitum, & profeſſionem niſi in *Conventibûs*, vel Monaſteriis deſignatis, vel deſignan; Decret: General: *Clem*: V*III*. 244. & 246.

Oblati, Servientes, Tertiarii, Poſtulatores, ac etiam Hoſpites, & alii hujus generis nequeunt habitare intra Clauſtra Regularium niſi vigeſimum ætatis annum expleverint &c. *In Appendice*. Decret: Sac: *Congreg*: ſuper ſtatu Regular: à *Clementis* X. approbat. 301.

Offendentium *Inquiſitores*, Miniſtros S. & Univerſ: *Inquiſit*: necnon Reorum, Denunciatores, Accuſatores, vel Teſtes pœna S. Pii V. *Conſtitut*. 49.

Officia per annum v.g. de Sanctiſſimo Sacramento, ac de *Sanctis* in diebus non impeditis quando ſunt recitanda. *In Appendice* Decret: General: Sac: *Congreg*: Rituum à feliciter regnante *Clementis* X*I*. approbat. 311.

Ordinandi ſunt Regulares ab Ordinariis Diœceſanis, & locorum, in quibus ſitum eſt Monaſterium, ſivè *Conventus*, in cujus familia extat ordinandus cum Dimiſſori

sorialibus Superiorum Regular: *In Appendice* Decret: Sac: Congreg: Concil: Trid: *Interpret*: à *Clement*: V*III*. approbat: 298.

Postulatores, ac alii hujus generis nequeunt intra *Claustra* Regular: habitare nisi vigesimum annum ætatis expleverint. *In Appendice* Decret: Sac: *Congreg*: super statu Regul: à *Clement*: X. spprobat. 301.

Receptio Novitiorum tam ad habitum, quàm ad Professionem nisi in *Conventibûs*, aut Monasteriis designatis facien: Decret: Gener: *Clement*: V*III*. 244. & 246.

Reformatio Regularium tam Monachorum, quàm Mendicantium &c. sancita Decret: General: *Clement*. V*III*. 250.

Regulares omnes quomodolibet privilegiati comprehenduntur in *Constitutionibus* Apostolicis concernentibus Fidem *Catholicam*, & Sanctæ *Inquisitionis* Officium hactenùs editis, & edendis, nisi in eis specialiter excipiantur Urb: V*III*. Const: 181.

Satisfactio Onerum Missarum perpetuarum, sive Manualium omnimodè facien: *Constitut*: *Innocent*: X*II*. in confirmat Decretor: Sac: *Congreg*: *Concil*: Trid: Interpretum unà cum Declarationibus ejusdem Sac: *Cong*: ab Urbano V*III*. approbat. 190

Ser-

FINIS

CONSTITUTIO

SS. Domini Noſtri Benedicti Papæ XIV. Super Clauſura Monaſteriorum quorumcumque Virorum Regularium.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

REgularis diſciplinæ obſervantiam ante etiam, quam & Generalium ac Particularium alicujus Nationis, aut Provinciæ Conciliorū decretis confirmaretur, & Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum legibus ſanctionibuſque præſcriberetur, quoad vetitum Mulieribus quibuſcumque, etiam conſanguineis intra quorumcumque religioſorum Virorum Clauſuram ingreſſum tam integerrime cuſtoditam fuiſſe conſtat; ut, ne dum feminis quibuſcumque, ſed maſculis quoque, non tam ad Monaſteriorum clauſtra ſeu ſepta, quàm ad ipſa eorundem Monaſteriorum Oratoria & Eccleſias nullus patuerit aditus & acceſſus; quinimo ſub graviſſimis pœnis fuerit interdictus; ne ſcilicet, ut inquit S. Grego-

gendum, vel electum, Reges & Reginas illustres, aliasque summas Potestates, prout rerum conditio postulaverit, mitti & ablegari contigerit; sive qui, licet aliarum insignium Ecclesiarum Antistites, tamen tamquam Apostolicæ hujus S. Sedis Legati de Latere aliàs nuncupati & habiti sunt, & fortasse habentur, aut haberi & esse prætendunt, & in posterum habendi sunt; sive Ordinarii, sive Extraordinarii nostri & ejusdem Apostolicæ Sedis ubicumque etiam ad ipsos Imperatorem, & Reges, ac summas Potestates Nuntii, sive Inter-Nuntii resident; ac demum quibuscumque aliis quocumque nomine & expressione nuncupatis personis quocumque tempore a quibusvis, etiam ab ipsis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris quacumque de causa, occasione, titulo, colore, & prætextu per quascumque Apostolicas sive in simili forma Brevis, sive sub Plumbo expeditas literas sub quibuscumque verborum formis facta, data, concessa & impertita, sive factas, datas, concessas & impertitas super hujusmodi accessu & ingressu revocamus, abole-

accepimus, alii quidem Apostolicas leges ac præcepta hujusmodi vel ausu temerario parvipendentes, vel ad eorum arbitrium interpretantes, feminis quibuscumque aditum ingressumque tā manifeste ac tanta sollennitate vetitum permittunt; alii vero privilegia, indulta, prærogativas, facultates, licentiás, & alias quocumque pacto excogitatas concessiones sibi sive a jure, sive ab homine factas & impertitas, seu facta & impertita, ac quorumcumque munerum, dignitatum, ac præeminentiarum ratione debitas seu debita arrogantes, prætendentes, obtendētesque, feminas quaslibet intra Monasteriorum claustra, septa, cænacula, cubicula, aliasque officinas aut admitti ac recipi sinunt mandantque, aut unà secum ducunt; alii denique sub pietatis ac religionis prætextu, cum supplicationes sive cum Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, sive cum sacris Sanctorum Sanctarumque Reliquiis, Statuis, & Imaginibus per claustra, septa & alia Monasteriorum loca de more, út asserunt, habentur, sine ullo prorsus discrimine masculos & feminas supplicationes

hujusmodi per eadem loca sequi & comitari licitum, quinimo, ut Indulgentias lúcrari valeant, necessarium esse obtendunt: Hinc est, quod Nos, qui, dum in minoribus essemus, quamplurimos hujusmodi abusus compertos habebamus, in hac sublimi Sacrosancti Apostolatûs specula constituti, non tam assiduis nonnullorum aliarum Ecclesiarum Antistitum documentis, quàm justis etiam Superiorum, aliorumque Virorum ex religiosis Ordinibus Dei honorem & instituti sui disciplinam zelantium expostulationibus de antedictis similibusque abusibus in dies admonemur, ut opportunum ac salutare iisdem abusibus tollendis, quantum cum Domino possumus, remedium afferamus; auctoritate Apostolica, tenore præsentium primum quidem omnes & singulas Constitutiones Sanctionesque a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris tam ante, quam post Concilii Tridentini decretá super Clausura Monasteriorum quorumcumque religiosorum Virorum editas renovamus & confirmamus; necnon in posterum ab omnibus & singulis, a quos d

quos spectat, & in futurum spectabit, sub iisdem pœnis in Constitutionibus Sanctionibusque eorumdem Prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, & decretis ejusdem Concilii Tridentini contentis inviolabiliter observandas esse statuimus, decernimus, præcipimus atque mandamus. Deinde motu proprio & ex certa scientia ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine earumdem præsentium tenore omnia, & singula indulta, privilegia, prærogativas, facultates, licentias, & quocumque alio pacto nuncupatas concessiones omnibus & singulis quibuscumque Ecclesiasticis personis quacumque auctoritate, dignitate, honore, præeminentia ac jurisdictione fungentibus, etiam Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, sive singulis, sive eorumdem Cardinalium Congregationibus, etiam de Latere Legatis, sive qui Provinciis & Legationibus Status nostri Ecclesiastici pro tempore præsunt, sive quos ad Carissimos in Christo Filios nostros Romanorum Regem in Imperatorem pro tempore eli-

 gen-

rius PP. I. Prædeceſſor noſter, in Servorum Dei ſeceſſibus occaſio præbeatur popularibus conventibus, & ſimpliciores ex hoc animas plerumque, quod abſit, in ſcandalum trahat. Hujuſmodi autem regularis diſciplinæ obſervantia, etſi pro temporum varietate ac neceſſitate tot tantaſque ſubiit vices, ut iidem Prædeceſſores noſtri aditum & acceſſum ad publicas Monaſteriorum Eccleſias dumtaxat ſive maſculis, ſive feminis Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium audiendi, Prædicationibus Verbi Dei intereſſendi, & Sacramentum Sanctiſſimæ Euchariſtiæ ſumendi, ac peccata ſua confitendi cauſâ, ſinè tamen Parochorum præjudicio, interdum conceſſerint; viciſſim tamen ipſi Prædeceſſores noſtri tam ante Concilii Tridentini decreta, quam poſt eorumdem decretorum promulgationẽ denuntiationemque providis ſaluberrimiſque conſtitutionibus ordinationibuſque ſub pœna etiam excommunicationis latæ ſententiæ feminis quibuſcumque aditum ingreſſumque hujuſmodi intra Monaſteriorum clauſuram interdixerunt. Quoniam autem, ſicut dolentes

acce-

abolemus, annullamus atque irritamus, necnon a datarum earumdem præſentium die revocata, abolita, annullata & irrita, ac nullius prorſus momenti ac vigoris eſſe, & fore, neminique cuilibet quocumque tempore ſuffragari ſtatuimus, decernimus & declaramus; quemadmodum etiam ſtatuimus decernimus, & declaramus quemlibet omnium antedictorum, etiam ſpeciali mentione dignorum quacumque facultate hujuſmodi temerè uti audentem, ipſo facto abſque ulla alia declaratione pœnas & Eccleſiaſticas cenſuras, a quibus præterquam a Nobis & pro tempore exiſtente Romano Pontifice, niſi in Mortis articulo, abſolvi poſſit, incurrere & incurſum eſse, licentiamque hujuſmodi cuicumque conceſſam nullo modo ſuffragari, atque nullius momenti, perinde ac ſi minime conceſſa fuiſſet ipſo facto fore, & haberi, ac pœnas & cenſuras Eccleſiaſticas ipſo etiam facto, ut præmittitur, per contrafacientem incurri & incurſa eſſe. Decernentes eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod quicumque in præmiſſis intereſſe

haben

habentes, seu habere quomodolibet prætendentes cujusvis status, gradus, ordinis, præeminentiæ & dignitatis existant, seu alias specifica & individua mentione & expressione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati & auditi, causæque, propter quas præsentes emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet etiam quantumvis juridica & privilegiata causa, colore, prætextu & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis enormissimæ & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus, áliove quodmodolibet, etiam quantumvis magno & substantiali, ac incogitato & inexcogitabili, individuámque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrū, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato,

ſeu etiam motu ſcientia & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe; ſed ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas & efficaces exiſtere & pro tempore quandocumque ſpectabit, inviolabiliter & inconcuſſe obſervari: ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis prædictæ Nuntios, alioſque quoslibet quacumque præeminentia & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari & definiri debere, ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac, quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de jure quæſito non tollendo, aliiſque Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quibuſvis, etiam juramen-

to, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & cõſuetudinibus, ac uſibus & ſtylis, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis & literis Apoſtolicis, prædictis, aliiſque quibuslibet perſonis, etiam quacumque Eccleſiaſtica vel mundana dignitate fulgentibus, & alias quomodolibet qualificatis, ac ſpecialem expreſſionem requirentibus ſub quibuſcumque verborum tenoribus & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus efficaciſſimis & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu ſcientia & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac conſiſtorialiter, & aliàs quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, editis, factis, ac pluries iteratis, & quantiſcumque vicibus approbatis, confirmatis & innovatis. Quibus omnibus & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes

men-

mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur & inſererentur, præſentibus pro plene & ſufficienter expreſſis & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Cæterum per præſentes non intendimus derogatum eſſe iis conceſſionibus, quæ ad favorem quarumcumque Nobilium feminarum ex eo, quod ſive earumdem Majores, ac pro tempore exiſtentes de familia fuerint & habeantur Fundatores, vel inſignes Benefactores illius Monaſterii, intra cujus clauſtra vel ſepta feminas etiam de familia ingredi vel conceſſum, vel cautum eſſe ſibi voluerunt, & de conceſſione hujuſmodi confirmationem ab Apoſtolica hac Sancta Sede obtinuerunt; ſive feminæ hujuſmodi ſint Conſanguineæ & Affines eorum, qui ſunt Domini

in

in Temporalibus locorum, in quibus Monasteria sita reperiuntur, & quæcumque legitima tituli vel consuetudinis causa & occasione ingressu hujusmodi de præsenti gaudent, factæ & impertitæ fuerunt; dũmodo concessiones hujusmodi per Apostolicas in simili forma Brevis, vel sub Plumbo desuper expeditas literas dumtaxat, & non aliter omnino factas & impertitas fuisse prius Ordinariis locorum Antistitibus vel Præsulibus per legitima & authentica documenta constare fecerint, & dummodo nec vagandi, nec otiandi, nec comedendi cænandique, nec per ambulacra, cubicula, cænacula, aliaque loca & officinas discurrendi causâ, sed ad Ecclesias accedendi, Sacrosanctum Missæ Sacrificium audiendi, aliaque erga Deum pietatis officia & opera exercendi studio ingrediantur; & dummodo de earũm adventu & ingressu interdiu & opportune faciendo Superiores pro tempore existentes prius certiores fiant, ad hoc, ut absque fratrum incommodo & offensione, recto tramite ad Ecclesiam pergatur, & alia de jure servanda serventur.

Vo-

Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumtis seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio & extra illud ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die tertia Januarii millesimo septingentesimo quadragesimo secundo, Pontificatus Nostri Annô Secundô.

D. Cardinalis Passioneus.

Anno à Nativitate Domini Nostri JESU CHRISTI millesimo septingentesimo quadragesimo secundo, Indictione quinta, die vero quarta Januarii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini BENEDICTI Divina Providentia PAPÆ XIV. Anno Secundo, supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Basilicæ Lateranensis, & Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ Curiæ generæ-

14 *neralis in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ, ac in aliis solitis, & consuetis Vrbis per me Antonium Pelliccia Apost. Curs.*

Nicolaus Cappelli Mag. Curs.

A: 1803. d. 14. Febr. à Vacuita
fr 24. xr.